Manifeſtū ē aūt ex his que dicta ſūt: quoniā qꝺ ex neceſſitate ē ſm̄ actū ē. Quare ſi ꝓꝛa ſūt ſēpiterna ⁊ que actu ſūt ꝑtāte pꝛiora ſūt ⁊ hec ſine ꝑtāte actu ſūt: ut pꝛime ſbe. Alia vͦ ſūt actu cū poſſibilitate que nā ꝓꝛa ſꝫ tꝑe vͦ poſterioꝛa: alia vero nūq̄ ſꝫ actu ſed ꝑtāte tātum. Utꝝ aūt ꝯ̄ria eſt affirmatio negationi: ⁊ oꝛ̄o orationi que dicit quoniam oīs hō iuſtus eſt ei que eſt nullus hō iuſtus eſt: aut oīs hō iuſtus ē: ei que ē omnis hō iniuſtus ē. callias iuſtus ē: callias iuſtus nō eſt: callias iniuſtus ē que hoꝝ ꝯ̄ria ē. Nā ſi ea q̄ ſūt i uoce ſequētur ea que ſūt i aīa: illic aūt ꝯ̄ria ē opinio ꝯ̄rii: ut oīs hō iuſtus eſt ei que ē oīs hō iiuſtus ē: ⁊ ēt i his que ſunt i uoce affirmationibꝰ neceſſe ē ſiliter ſe habere. Nō ſi neqꝫ illic ꝯ̄rii opinatio ꝯ̄ria ē: nec affirmatio affirmationi ꝯ̄ria erit: ſed ea que dicta eſt negatio. Quare ꝯſiderādū ē cui opinio vera opinioni falſe ꝯtraria ē utrū negationi an certe ei que ꝯ̄riū eē opinaꝛ̄. Dico āt hoc mō ē quedā opinatio vera boni: quoniā bonū ē: alia uero quoniā bonū nō eſt falſa: alia uero falſa quoniā malū ē: que hoꝝ ꝯ̄ria ē uere: ⁊ ſi eſt vna ſꝫ quā ꝯ̄ria ē. Nā arbitrari ꝯ̄rias opiniones differri i eo qꝺ ꝯ̄rioꝝ ſūt: falſū ē. Boni. n. quoniā bonū eſt: ⁊ mali: quoniā malum eſt: eadem foꝛtaſſe opinio eſt etiaꝫ vera: ſiue plures ſiue una ſint. Sūt āt iſta ꝯ̄ria ſed nō i eo ꝙ ꝯ̄rioꝝ ſūt ꝯ̄rie. ſed magis i eo ꝙ ꝯ̄rie. Si gͦ boni: quoniā bonū ē opinatio eſt auteꝫ quoniā nō eſt bonū: ē uero quoniā aliud aliquid eſt qꝺ n̄ ē: nꝫ pōt eſſe: aliaꝝ quideꝫ nulla ponēda eſt. neqꝫ quecūqꝫ eē ꝙ nō ē opinatur nꝫ quecūqꝫ nō eē ꝙ ē. Infinita. n. vtraqꝫ ſunt ⁊ que eē opinātur ꝙ nō eſt. ⁊ que nō eſſe ꝙ eſt. ſed i q̄bus fallacia eſt. Hec āt eſt ex his ex quibus ſūt ⁊ generationes. ex oppoſitis vͦ ⁊ generatiōes fiūt. q̄re ēt fallacia. Si gͦ ꝙ bonū eſt ⁊ bonū ⁊ malū non eſt ⁊ hoc quidem ſm̄ ſe. illud uero ſm̄ accidens. accidit n. ei malū n̄ eſſe. magis āt in unoquoqꝫ eſt q̄ ſm̄ ſe vera eſt. etiā falſa. ſiquidem ⁊ uera ergo ea que eſt quoniā n̄ eſt bonū ꝙ bonū eſt ſm̄ ſe cōſiſtens falſa eſt. Illa vͦ que eſt quoniā malū eſt eiꝰ q̄ eſt ſm̄ accidens. q̄re magis erit falſa ꝺ bono ea que eſt negatōis opinio q̄ ea que eſt contrarij. falſus autem eſt magis circa ſingularia qui habet contrariaꝫ opinionem. contrarium enim eſt eoruꝫ que plurimum circa idem differunt. Quod ſi harum contraria eſt altera magis uero cōtradictionis eſt contraria: manifeſtum eſt quoniā hec erit ꝯ̄ria. Illa vͦ q̄ eſt quoniā malum eſt ꝙ bonū eſt implicita ē. Eteni quoniā non bonum ē neceſſe ē idem ipſum opinari. His ergo ita poſitis quoniā ꝯ̄rii opinio nō ē ſimplex: ſimplex vero negatiōis neceſſe ē: vt ꝯ̄ ſimplicē opinionē ſimplex potius videaꝛ̄ eē ꝯ̄ria. Eſt āt ſimplex opinio boni: quoniā bonum eſt vera. Simplex vero boni: quoniam bonū non ē falſa. Siplici igiꝛ̄ opiniōi ꝺ bono quoniā bonū ē erit ꝯ̄ria ſiplex negatōis. ſ. q̄ ē boni quoniā nō bonū. Amplꝰ ſi ēt in aliis ſimiliter ſe oꝫ habere ⁊ hoc videꝛ̄ bn̄ eē dictum aut eni vbiqꝫ ea que eſt ꝯ̄dictionis aut nuſq̄. Quibꝰ vero nō ē ꝯ̄riuꝫ de his quidē eſt falſa ea q̄ eſt vere oppoſita: vt qui hoīem nō putat hoīem falſus ē. Si ergo he ꝯ̄rie ſunt ⁊ alie ꝯ̄dictiones. Amplius ſimiliter ſe hꝫ boni: quoniam bonum eſt ⁊ nō boni: quoniā nō bonuꝫ eſt. ⁊ ſuꝑ has boni quoniā non bonū eſt: ⁊ nō boni quoniā bonum ē. Illi ergo que ē nō boniam non bonū eſt vere opinatiōi que ē ꝯ̄ria nō enim ea que dicit quoniā maluꝫ eſt: ſimul enim aliqn̄ erūt vere: nunq̄ eni vera vere eſt ꝯtraria: eteni quoddam nō bonū malum q̄re ꝯtingit ſimul eſſe veras. At uero nec illa q̄ ē non maluꝫ: ſimul. n. ⁊ he erūt: relinquiꝛ̄ ergo ei q̄ ē non bonū: quoniā non bonū eſt ꝯtraria ea que eſt nō eſt boni: quoniaꝫ ē bonū: quare ⁊ ei q̄ ē boni: quoniā bonū ē ea q̄ ē boni: quoniam nō bonum eſt. Manifeſtū eſt igiꝛ̄: quoniam nihil intereſt: nec ſi vniuerſaliter ponamus affirmationē: huic. n. vlis negatio erit ꝯ̄ria ut opinioni q̄ opinaꝛ̄: quoniā oē qꝺ eſt bonū: bonum eſt: ea q̄ ē quoniā nihil hoꝝ q̄ bona ſunt bonū eſt. Nam eius q̄ ē boni quoniā bonū ē ſi vniuerſaliter ſit bonū: eadē eſt que opinaꝛ̄ q̄cq̄d bonū ē: quoniā bonum ē. Similiter aūt ⁊ in nō bono quare ſi in opinione ſic ſe hēnt. Sunt aūt he que ſunt i uoce affirmationes ⁊ negationes note eoꝝ que ſūt in aīa. Manifeſtū eſt aūt quoniā affirmatōni ꝯ̄ria quidē negatio ē circa idem vlis: ut ei q̄ ē quoniam oē bonū: bonum eſt: vel quoniā oīs hō bonus eſt ea que ē quoniā nullum vel nullus. Cōtradictoꝛie aūt: aut non oīs hō: aut nō oē. Manifeſtū ē aūt quoniā ⁊ veraꝫ vere nō cōtingit eē ꝯ̄riam nec in opinione nec i ꝯ̄dictōe. Cōtraria gͦ ſūt: q̄ circa oppoſita idē ſūt circa eaſdē āt ꝯtigit veꝝ dicere eūdē: ſimul aūt nō ꝯtingit eidem ineſſe ꝯtraria.

Liber ſecūdus Ariſto. philoſophoꝝ ꝓ̄n cipis perihermenias finit.

UVA. BHSC. IyR_048_1

Incipit li.i.prioꝝ analecticoꝝ ariſ. Ca.i.

Kimum
oportet dicere cir
ca quid ⁊ de quo
eſt intentio.Quo
niam circa demō
ſtrationem ⁊ de d̄
monſtratiua diſci
plina .Deinde de
terminare quid ē
propoſitio: ⁊ quid
terminus:⁊ quid ſyllogiſmus :⁊ quis perfe
ctus.⁊ quis iperfectus . Poſtea v̄o quid in
toto eē uel nō eē hoc in illo:⁊ quid dicim⁹ de
oī aut de nullo predicari. Propoſitio igitur ē
oratio affirmatiua uel negatiua alicuius de
aliquo.Hec aūt aut v̄lis aut ꝑticularis. aut
indeffinita.Dico aūt vniuerſalē que aut om
ni aut nulli ineſſe. Particularē v̄o que alicui
aut nō alicui aut nō oī ineſſe. Indefinita aūt
que ineſſe uel nō ineſſe ſignificat ſine v̄l'i aut
particulari.ut ꝯrioꝝ eandē eē diſciplinā.aut
voluptatē nō eſt bonū.Differt aūt demōſtra
tiua ꝓpoſitio a dialectica quoniā demonſtra
tiua quidem ſumptio alteri⁹ ꝑtis ꝯdictionis
eſt non enim interrogat ſed ſumit qui demō
ſtrat .Dialectica uero interrogatio ꝯtradicti
onis eſt. Nihil autem diſtabit ut fiat ex utriſ
qꝫ ſyllogiſmus.nam ⁊ qui demonſtrat ⁊ qui
interrogat ſyllogizat ſumens aliquid de ali
quo eſſe uel non eē Quare erit quidem ſyl
logiſtica ꝓpoſitio ſimpliciter quidem affir
matio uel negatio alicuius de aliquo ſecun
dum dictū modū. Demonſtratiua uero ſi ue
ra ſit ⁊ per primas ꝓpoſitiones ſumpta. dia
lectica autem percunctanti quidem interro
gatio contradictionis . Syllogizanti autem
ſūptio apparentis ⁊ ꝓbabilis. ſicut in topiciſ
dictum eſt.Quid ergo propoſitio. ⁊ quid dif
fert ſyllogiſtica: ⁊ demonſtratiua. ⁊ dialecti
ca ſubtiliter quidem in ſequentibus dicetur
ad preſentem autem utilitatem ſufficienter
nobis determinata ſunt que nunc .Termi
num autem voco in quem reſoluitur propo
ſitio. ut predicatum ⁊ de quo predicatur aut
appoſito aut ſeparato eſſe uel non eſſe.
Syllogiſmus autem eſt oratio in qua poſi
tis quibuſdam. aliud quidem ex neceſſitate
contingit eo ꝙ hec ſint. Dico autē eo ꝙ hec
ſint propter hoc contingere. propter hoc ue
ro contingere nullius extrinſecus termini i
digere. ut fiat neceſſarium . Perfectum ue
ro uoco ſyllogiſmum nullius alius indigen
tem preter ea que aſſumpta ſunt ut appareat
neceſſarius . Imperfectuꝫ uero qui indiget
aut vno aut pluriū que ſūt quidē neceſſaria
per ſumptos terminos non autem ſumpta ꝑ
ꝓpōnes. In toto autem eē alterum altero ⁊
de oi p̄dicari alteꝝ altero idem ē. Dicim⁹ aūt
de omni predicari quādo nihil eſt ſumere ſb
iecti de quo nō dicatˀ alterum ⁊ de nullo ſimi
liter. Ca.2. Quoniā aūt omnis propo
ſitio aut eſt ineſſe: aut neceſſarium ineē: aut
contingēter ineſſe ſignificans. Harum auteꝫ
he qdeꝫ affirmatiue: ille v̄o negatiue ſm vtrā
qꝫ allocutionem. Rurſum aūt affirmatiuarū
vel negatiuarū: alie ſunt vniuerſales. alie ꝑti
culares: quedā indefinite. Vniuerſalē auteꝫ
priuatiuam de eo qđ eſt ineē neceſſe ē ꝯuerti
in t̄minis: vt ſi nulla voluptas bonū: ⁊ bonuꝫ
nullum erit voluptas. Predicatiuā autem cō
uerti vniuerſalem quidē neceſſariū ē: non ta
men vniuerſaliter: ſed i ꝑte vt ſi omnis volu
ptas bonū: ⁊ bonum quoddā erit voluptas.
Particularem aūt affirmatiuā quidem ꝯuer
te neceſſe ē de eo qđ eſt ineē ꝑticulariter. naꝫ
ſi voluptas quoddam bonum: ⁊ bonū quod
dam voluptas erit. Priuatiuam aūt non ne
ceſſarium ē conuerti. nō enim ſi homo nō in
eſt alicui animali: ⁊ aīal non inē alicui homi
ni. Primū ergo ſit priuatiua vniuerſalis. a. b
ꝓpoſitio. Si ergo nulli eorū que ſunt. b. inē.
a. nec econuerſo eoꝝ que ſunt. a. nulli inerit
b. Nam ſi alicui vt. c. non verum erit nullum
b. eſſe. a. nam. c. eorum que ſunt. b. aliqđ eſt.
Si uero omni. b. ineſt. a. ⁊. b. alicui. a. inē. Si
enim nulli neqꝫ. a. nulli. b. inerit ſed poſitum
erat ineſſe omni. Similiter aūt ⁊ ſi particula
ris eſt ꝓpoſitio. nam ſi inē. a. alicui. b. ⁊. b. eo
rum alicui que ſūt. a. neceſſe ē ineſſe. Si eniꝫ
nulli nec. a. villi. b. ſi aūt. a. alicui eoꝝ que ſūt
b. non ineſt: nō neceſſe ē: ⁊. b. alicui. a. nō ineē
vt ſi. b. qdem ſit animal. a. vero homo: hō ve
ro non omni animali: aīal vero omni homini
ineſt. Eodem aūt modo ſi hēbit ⁊ in neceſſa
riis propoſitionib⁹: nam vniuerſalis quideꝫ
priuatiua vniuerſalit̄ cōuertitˀ: affirmatiuaꝝ
vero vtraqꝫ ꝑticulariter. nam ſi neceſſe eſt. a.
nulli. b. ineſſe neceſſe ē: ⁊. b. nulli. a. ineſſe. Si
enim alicui ꝯtingit ⁊. a. alicui. b. continget. ſi
āt ex neceſſitate. a. oi vel alicui. b. inē: ⁊. b. ali
cui. a. neceſſe ē ineē. nā ſi n̄ neceſſe nec. a. ali
cui. b. ex neceſſitate inerit. Particularis aūt
negatiua non conuertitˀ per eandem cauſam
ꝓpter quam ⁊ ſupra diximus. In ꝯtingenti
bus vero quoniam multipliciter dicitur con
tingere. nam ⁊ neceſſarium ⁊ nō neceſſariū
⁊ nō nec̄cariū ⁊ poſſibile ꝯtigere dicimus. In
affirmatiuis quidem ſimiliter ſe hꝫ ſm ꝯuer
ſionem in omnibus. naꝫ ſi. a. alicui. b. uel om
ni contingit: ⁊. b. alicui. a. continget. ſi enim
nulli nec. a. vlli. b. oſtenſum eſt autem hoc p̄
us. In negatiuis vero non ſimiliter: ſed que
cūqꝫ quidem contingere in eo ꝙ ex neceſſita



UVA. BHSC. IyR_048_1

te non inſunt: vel ex eo qđ nõ ex neceſſitate
inſunt. Similiter vt ſi quis dicat contingere
hominem non eſſe equum aut album nulli
tunice ineſſe: horuꝫ qdem hoc ex neceſſitate
nõ ineſt. illud vero nõ neceſſe ẽ ineſſe: ⁊ ſimi
liter cõuertit̃ ꝓpoſitio. nam ſi contingit nulli
homini equũ eſſe hoiem cõtingit nulli equo
ineſſe: ⁊ ſi albũ cõtingit nulli tunice ineſſe ⁊
tunica contingit nulli albo. Sienim alicui
neceſſe ⁊ albuꝫ tunice alicui ex neceſſitate in-
erit: hoc enim oſtenſum eſt prius. Similiter
⁊ in particulari negatiua: quecũqꝫ vt in pluri
bus ⁊ in eo ꝙ nata ſunt dicuntur contingere
quẽadmodũ determinauimꝰ contingens non
ſimiliter ſe hẽbit ⁊ in priuatiuis cõuerſionibꝰ
Sed vniuerſalis qdem priuatiua propoſitio
nõ cõuertit̃: particularis uero cõuertitur hoc
aũt erit manifeſtum qñ de contingenti dice-
mus. Nũc aũt tantũ ſit nobis cũ his q̃ dicta
ſũt. Manifeſtũ quoniã ꝯtingere nulli aut ali
cui ineſſe affirmatiuã hꝫ figurã. Nã ꝯtingit
⁊ eſt ſimiliter ordinãtur. Eſt autẽ qbuſcũqꝫ
adiacens ꝑdicat̃ affirmatõꝫ ſemp facit: ⁊ oio
vt eſt nõ bonũ vel eſt nõ albũ: vel ſimpliciter
eſt nõ hoc: oſtendetur autem ⁊ hoc ꝑ in ſeq̃n
tia ſũt: conuerſiones autem ſimiliter ſe habe
bunt in aliis.

Capitulum. 3.

His võ determinatis dicendũ ẽ ꝑ q̃ ⁊
qñ: ⁊ quõ ſit oĩs ſyllogiſmꝰ. Poſtea
võ dicemꝰ de demonſtratiõe. priꝰ. n.
dicendũ de ſyllogiſmo ꝙ̃ de demõſtratiõe eo
ꝙ vniuerſalior ẽ ſyllogiſmꝰ. Nam demõſtra
tio qdem ſyllogiſmꝰ eſt: ſyllogiſmꝰ võ nõ oĩs
demonſtratio. Qñ igit̃ tres termi ſic ſe hñt
ad inuicem. vt poſtremꝰ in toto ſit medio: ⁊
mediꝰ i toto ꝑmo vel ſic vel non ſic neceſſe eſt
extremitatũ eẽ ſyllogiſmũ ꝑfectũ. Voco aũt
mediũ qđ ad ipꝫ i alio ⁊ aliđ i ipſo ẽ ꝙ ⁊ poſi-
tiõe mediũ ẽ. Extrema võ ꝙ ⁊ i alio: ⁊ i quo
aliđ ẽ. Si. n. a. đ oĩ. b. ⁊. b. de oĩ. c. neceſſe ẽ ꝑ
dicari de oĩ. c. a. Prius. n. eſt dictuꝫ quõ de oĩ
dicimus. Siliter ãt ⁊ ſi. a. de nullo. b. b. aũt de
oĩ. c. quoniã. a. nulli. c. inerit. ſi võ ꝑmũ qdem
oĩ medio ineſt: mediũ qdẽ nulli. poſtremo nõ
erit ſyllogiſmꝰ extremitatũ: nihil. n. neceſſa-
rium accidit eo ꝙ h̃ ſint. Nã ⁊ oĩ nulli poſtre
mo ꝯtingit ꝑmũ ineſſe: q̃re neqꝫ vniuerſale:
neqꝫ ꝑticulare: verũ qũ ãt nihil ſit neceſſariũ
ꝑ hoc non erit ſyllogiſmꝰ. Termini võ oĩ ineſ
ſe: aĩal: hõ equꝰ: vt nulli aĩal hõ lapis. Quan-
do nec ꝑmũ medio: nec mediũ poſtremo vlli
ineſt: nec ſic erit ſyllogiſmꝰ. Termini võ ineſ
ſe: ſcia: linea: medicina: vt nõ ineẽ ſcia: linea:
vnitas. In vlibus ĝ termĩs manifeſtuꝫ i hac
figura qñ erit: ⁊ qñ non erit ſyllogiſmꝰ ⁊ quo
niaꝫ qũ eſt ſyllogiſmꝰ: neceſſariũ eſt termios
ſic ſe habere vt diximꝰ: ⁊ ſi ſe habent quoniã
erit ſyllogiſmꝰ. Si autem hic quidẽ termino
rum vniuerſaliter ille vero particulariter ad
aliũ qñ vniuerſale qdẽ ponit̃ ad maiorẽ extre
mitatẽ vel ꝑdicatiuũ vel ꝑuatiuũ. Particular̃
vero ad minorẽ predicatiuũ neceſſe ẽ ſyllogiſ
mum eſſe perfectũ. Quando autem ⁊ ad mi
norem ⁊ quolibꝫ modo aliter ſe habeãt termi
ni impoſſibile. Dico aũt maioreꝫ quidẽ extre
mitatẽ i qua mediũ ẽ: minorẽ que ſub medio
eſt. Inſit. a. quidẽ omni. b. b. autẽ alicui. c. er
go ſi ẽ de oi predicari ꝙ in principio dictũ eſt
neceſſe eſt. c. alicui. a. ineſſe: ⁊ ſi. a. quidẽ nulli
b. ineſt. b. autẽ alicui. c. neceſſe ẽ alicui. c. non
ineſſe. Determinatũ eſt eni de nullo quõ di-
cimus: quare erit ſyllogiſmus perfectus. Si
militer autẽ ⁊ indefinitũ ſit. b. c. predicatiuuꝫ
nam idem erit ⁊ indefinito ⁊ particulari ſum
pto. Si autem ad minorem extremitateꝫ
vniuerſale ponatur vel ꝑdicatiuuꝫ vel priua-
uatiuũ nõ erit ſyllogiſmus nec affirmatiuus
nec negatiuꝰ idefinita ſũpta uel ꝑticulari: ut
ſi. a. quidẽ alicui. b. ineſt. b. ãt oĩ. c. ineſt: ter-
mini võ ieſſe: bonũ habitus. prudẽtia vbi ñ
ineſſe: bonũ. habitꝰ: idiſciplina. Rurſũ ſi. b.
quidẽ nulli. c. a. võ alicui. b. ineſt vel nõ ineſt
uel nõ oĩ ineſt. nec ſic erit ſyllogiſmus. Ter-
mini vbi ieſſe: albũ. equus. cignꝰ: vbi nõ ieẽ
albũ equus. coruꝰ. Idẽ aũt ⁊ ſi. a. b. idefinitũ
ſit nec qñ unus ad maiorẽ quidẽ extremita-
teꝫ vniuerſale quidẽ fuerit: aut priuatiuum.
aut predicatiuũ. Ad minorẽ võ priuatiuum
ꝑticulare nõ eſt ſyllogiſmus uel idefinito uel
ꝑticulari ſũpto: ut ſi. a. quidẽ oĩ. b. ineſt. b. ãt
alicui. c. non uel nõ oĩ ineſt. qũ. n. alicui non ĩ
eſſe mediũ hoc ⁊ oẽ ⁊ nullũ ſequitur primuꝫ
Ponant̃ termini. aĩal. hõ albũ. Deide ⁊ de q
bus albũ non predicat̃ hõ ſumatur cignus ⁊
nix ĝ aĩal de vno quidẽ oĩ predicat̃: de altero
uero nullo. quare nõ erit ſyllogiſmus. Rur-
ſum ſi. a. quide nulli. b. iſit. b. ãt alicui. c. non
inſit. ⁊ ſint termini. ianimatũ. hõ. albũ. dein
de ſumãt̃ termini de quibus nõ ꝑdcetur hõ
cignꝰ ⁊ nix: ergo aĩal de uno quideꝫ oĩ predi
cat̃ đ altero võ nullo. nã ⁊ ianimatũ de hoc q
dem oĩ: de illo võ nullo predicat̃. Amplius
quoniã idefinite ẽ alicui eoꝝ que ſũt. c. nõ in
eſſe. b. võ ẽ ãt ⁊ ſi nulli ieſt: ⁊ ſi nõ oĩ. quoniã
alicui nõ ieſt. Sũptis aũt huiuſmõi terminiſ
velut nulli ieſſe nõ fit ſyllogiſmus. hoc. n. di
ctũ ẽ prius. Manifeſtũ ẽ ergo quoniã i eo ꝙ
ſic ſe hñt termini nõ erit ſyllogiſmus. eẽt. n.
⁊ i his ſimiliter aũt oñdit̃. ⁊ ſi vniuerſale po
nat̃ priuatiuũ. neqꝫ ſi ãbo interualla ꝑticula
ria ꝑdicatiue uel priuatiue: aut hoc qdẽ ꝑdi
catiue illud võ priuatiue dr̃. ſi uero hoc qui
dem idefinitũ. illud uero definitũ uel ambo
indefinite nullo mõ erit ſyllogiſmus. Termi
ni võ cões oĩum. aĩal. album. hõ. aĩal. albũ: la

UVA. BHSC. IyR_048_1

pis. Manifeſte igit̄ ex hiſ que dicta ſūt: quo
niam ſi ſit ſyllogiſmus in hac figura ꝑticula
ris neceſſe ē terminos ſic ſe habere. ut dixi
mus. aliter.n.ſe habentibꝰ nullo mō fit. Pa
lā aūt quoniā oīs qui ī hac figura ſūt ſyllogiſ
mi ꝑfecti ſūt. oēs.n. perficiūt̄ ꝑ ea que a prin
cipio ſumūtur. quoniā oīa ꝓblemata oſtēdū
tur ꝑ hanc figurā. nā oī ⁊ nulli ⁊ alicui ⁊ nō
alicui ineſſe. uoco aūt huiuſmodi figuraꝫ pri
mam. Ca.iiii.

Quādo vō idē alteri quidē oī. alteri ue
ro nulli ieſſe uel utriqꝫ oī uel nulli. fi
guram quidē huiuſmodi voco ſecūdā. medi
um aūt ī hac qd̄ de utroqꝫ p̄dicat̄. Extremi
tates vō de quibus dicitur hoc. Maiorē ue
ro extremitatem que iuxta mediū poſita eſt.
Minorem uero que longius ſita eſt ponitur
quidem medium foras extremitatuꝫ primū
uero poſitione. perfectus autem ſyllogiſmꝰ
nullo modo erit ī hac figura: poſſibilis uero
erit ī uniuerſalibus ⁊ nō uniuerſalibus exi
ſtētibꝰ terminis. Uniuerſales igitur qū ſint
erit ſyllogiſmus quando medium quidē hu
ic oī: illi vō nulli ineſt: utrolibet modo ſit pri
uatiuum: aliter uero nullo. predicetur.m. d̄
n. quidem nullo de.x. uero omni. Quoniam
igitur conuertit̄ priuatiua nulli.m. ierit: eniꝫ
at.m. omni.x. poſita erat: quare.n. nulli.x. in
erit: hoc.n. oſtenſū eſt prius. Rurſū ſi.m.n.
quidē omni.x. vō nulli: ⁊.x. nulli.n. ierit. nā
ſi.m. nulli.x. ⁊.x. nulli.m. inerit. At vō.m. oī
n. poſita erat. quare.x. nulli.n. ierit. facta ē.n.
rurſus prima figura. Quoniā igit̄ conuertit̄
priuatiuū. ⁊.n. nulli.x. ierit: quare idem erit
ſyllogiſmus: ē aūt oñdere hoc ad īpoſſibile
ducētes. quoniam ergo fit ſyllogiſmus ſic ſe
habētibus terminis manifeſtū ē ſed īperfe
ctus ſyllogiſmus. nō.n. ſolū ex his que a p̄n
cipio ſumpta ſunt: ſed ex aliis perficitur ne
ceſſarium. Si autem.m. de oī.n. ⁊ de.x. pre
dicetur nō erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe
ſubſtantia aīal homo: nō ineſſe ſubſtātia aīal
lapis: mediū ſubſtantia. nec qñ de.n. nec d̄.x
vllo p̄dicatur.m. termini ineſſe: linea animal
hō. nō ineſſe: linea aīal lapis. Manifeſtū eſt
ergo quoniā ſi ſit ſyllogiſmus ex vniuerſali
bus terminis neceſſe ē terminos ſic ſe habe
re ut in p̄ncipio diximus: aliter eni ſe haben
tibus nō fit neceſſariū. ſi aūt. ad alteꝝ vniuer
ſaliter ſi mediū qñ ad maiuſ vniuerſaliter fu
erit uel priuatiue uel p̄dicatiue ad minuſ aūt
ꝑticulariter ⁊ oppoſite vniuerſali. dico auteꝫ
oppoſite ſi vniuerſali quidē priuatiuū parti
culare p̄dicatiuū. vel ſi vniuerſale quidē p̄di
catiuū: ꝑticulare priuatiuū: neceſſe ē ſyllogiſ
mū fieri priuatiuū ꝑticulariter. Nā ſi.m.n.
quidē nulli.x. vō alicui ineſt: neceſſe eſt.n. ali
cui.x. nō ineſſe quoniā cōuertitur priuatiua.
Nulli.m. inerit.n.m. vō poſitū erat alicui.x.
ineſſe q̄re eni alicui coꝝ que ſūt.x. nō inerit.
fit eni ſyllogiſmus ꝑ primā figurā. Rurſus ſi
n. quidē oī.m. ineſt.m. vō alicui.x. nō neceſſe
ē alicui.x.ñ ineſſe. nā ſi oī ineſt.x. p̄dicat̄.a. ⁊
m. de oī.n. neceſſe ē.m. ⁊ oī.x. ineſſe. ſed po
ſitū erat alicui nō ineē. Et ſi.m. quidē oī.n. in
eſt.x. aūt nō oī erit ſyllogiſmus: quoniā nō oī
x. ineſt.n. demonſtratio aūt eadē. Si autē de
x. quidē oī de.n. nō oī p̄dicat̄.m. nō erit ſyllo
giſmus. termini ineē: aīal ſubſtantia coruus.
nō ineſſe: aīal albū coruus. ſed neqꝫ qñ d̄.x.
quidē nullo: de.n. vō aliquo. Termini ineſſe
aīal ſubſtātia lapis. nō ineſſe: aīal ſubſtantia
ſciētia. Qñ igit̄ oppoſitū ē vniuerſale ꝑticu
lari dictū ē qñ erit ⁊ qñ non erit ſyllogiſmꝰ.
Qñ aūt ſilis figure fiūt ꝓpōnes ut ābe priua
tiue uel predicatiue nullo mō erit ſyllogiſmꝰ
Sicut aūt prius priuatiue ⁊ vniuerſale pōat̄
ad emaiorē extremitatē: vt.m.n. quidē nulli
x. aūt alicui nō inſit. ergo ⁊ oī ⁊ nulli.x. ineſſe
ꝯtingit.n. termini nulli ineſſe: nigꝝ nix aīal:
oī vero ineē nō ē ſumere. ſi.m. quidē alicui.x
ineſt: alicui aūt nō. ſi eni oī.x. inē.n. ⁊.m. nul
li.x. inerit. ſed dicebat̄ alicui ineſſe. nō igitur
ſic ꝯtingit ſumere terminos. Ex indefinito
aūt ſic oñdendū ē: quia veꝝ ē.m. nō ineē ali
cui.x. ⁊ ſi nulli inē nulli vero cū inſit nō erit
ſyllogiſmus. manifeſtū quoniā nec nūc erit.
Rurſus ſint predicatiue ⁊ vniuerſale ponat̄
vt.m.n. quidē oī.x. aūt alicui inſit. ꝯtingit er
go.n. ⁊ oī ⁊ nulli.x. ineſſe termini nulli ineē.
albus cignus lapis. oī vero nō erit ſumere ꝓ
pter eandē cāꝫ quā ⁊ prius: ſed ex indefinito
monſtrandū. Si aūt vniuerſale ad minoreꝫ
extremitatē ē ⁊.m.x. quidē nulli.n. vō alicui
nō ē. ꝯtingit eni ⁊ oī ⁊ nulli.x. ineē. termini ī
eſſe: albū aīal coruꝰ. nō ieſſe: albū lapis cor
uus. Similiter aūt ſi predicatiue fuerint ꝓpō
nes termini nō ineſſe: albū aīal nix. ineſſe: al
bū aīal cignus. Manifeſtū igit̄ quoniam ſi
ſimilis figure ſint ꝓpōnes ⁊ hoc quidē vlis
illa vero particularis quoniam nullo modo
fit ſyllogiſmus. Sed nec ſi alicui vtriqꝫ ineſt
uel non ineſt uel huic quidē illi non: uel neu
tro omni uel indefinite. Termini autem cō
munes omniū: albū: animal: homo: albū uel
inanimatū. Manifeſtū igitur ex p̄dictiſ quo
niam ſi ſic habeant ſe termini ad inuicem: vt
dictum eſt fit ſyllogiſmus ex neceſſitate. ⁊ ſi
ſit ſyllogiſmus: neceſſe eſt terminos ſic ſe ha
bere. Palam autē ⁊ quoniā oēs imꝑfecti ſūt
qui in hac figura ſunt ſyllogiſmi oēs eni ꝑfi
ciuntur aſſumptis quibuſdam que uel inſūt
terminis ex neceſſitate: uel ponūtur velut hi
potheſes ut quando per impoſſibile oſtendi
mus: quoniam non fit affirmatiuus ſyllogiſ
mus per hanc figuram: ſed omnes priuati

UVA. BHSC. IyR_048_1

ni ⁊ vniuerſales ⁊ particulares. Ca.v.
J aũt eidẽ hoc quidẽ oĩ illud vo nulli
ineſt: uel ambo oĩ uel nulli figurã qdẽ
huiuſmodi voco tertiã: mediũ autẽ in
hac dico de quo ambo ꝑdicant᷑. extremitates
vo que ꝑdicant᷑. maiorem vo extremitatẽ q
longius ẽ a medio. minorem vo que propiꝰ
Ponit᷑ aũt mediũ foras extremitatũ: vltimũ
vo poſitiõe. Perfectus igit᷑ ſyllogiſmus non
fit nec in hac figura. Poſſibilis vo erit ⁊ vni
uerſaliter. ⁊ nõ vniuerſaliter terminis exiſtẽ
tibus ad mediũ. Uniuerſaliter quidẽ quãdo
⁊.p.⁊.r. inerit oĩ.s. quoniam alicui.r. inerit
p. ex neceſſitate. Quoniã igit᷑ cõuertit᷑ ꝑdica
tiua inerit.s. alicui.r. quare quoniã.p. ieſt oĩ
s.⁊.s. alicui.r. neceſſe ẽ.p. alicui.r. ineſſe. fit
eni ſyllogiſmus ꝑ ꝑmã figurã. Eſt aũt ꝑ im
poſſibile ⁊ ex poſitione facere determinatio
nẽ. Si eni ambo.s. inſũt. ſi ſumat᷑ aliqd eoꝝ
que ſunt.s. ut.n. huic ⁊.p.⁊.r. ex neceſſitate
inerũt: quare alicui.r. inerit.p. Etſi.r. oĩ qdẽ
s.p. aũt nulli.s. ineſt erit ſyllogiſmuſ quoniã
p. alicui.r. nõ inerit ex neceſſitate. nã idẽ mo
dus demonſtrationis erit ↄuerſa.r.s. ꝓpoſi
tione oñdet᷑ aũt ⁊ ĩpoſſibile quemadmodũ ⁊
in ꝓori. Si aũt inſũt.r.s. quidẽ nulli.p. vo oĩ
s. non erit ſyllogiſmus. termini in eſſe: aĩal:
equꝰ: hõ. nõ ineſſe: aĩal: inaĩatũ: hõ. Nec qñ
ambo de nullo.s. dicũt᷑ erit ſyllogiſmꝰ. termi
ni ineſſe: aĩal inanimatũ: equus nõ ieſſe: hõ
equus ianimatũ. mediũ iaĩatum. Ca.vi.
Aniſeſtũ ẽ igit᷑ ⁊ ĩ hac figura qñ erit
⁊ qñ nõ erit ſyllogiſmus ex vniuerſa
libꝰ terminis. Qñ.n. ambo termini fuerint
predicatiui erit ſyllogiſmus: quoniã alicui in
eſt extremitas extremitati: qñ uero priuati
ui non erit: quando vero hic priuatiuus ille
vo predicatiuus ſi maior quidẽ fuerit priua
tiuus: alter vo affirmatiuus erit ſyllogiſmuſ
quoniã alicui nõ ieſt extremitas extremita
ti. ſi ãt ecõuerſo nõ erit. ſi ãt vnus uniuerſali
ter ſit ad mediũ alter vo ꝑticulariter ſi uter
q; ſit predicatiuus neceſſe ẽ fieri ſyllogiſmũ
⁊ ſi alteruter ſit vniuerſalis terminoꝝ. naꝫ ſi
r. omni.s. inſit.p. vo alicui.s. neceſſe ẽ.⁊.p.
alicui.r. ieſſe. nã quoniã ↄuertit᷑ affirmatiua
ierit.s. alicui.p. quare quoniã.r. ineſt oĩ.s.s.
aũt alicui.p.⁊.r. alicui.p. inerit. qre.⁊.p. ali
cui.r. Rurſum ſi.r. alicui.s.p. oĩ.s. iſit neceſ
ſe.p. alicui.r. ieſſe. nã idẽ modus demõſtra
tiõis.⁊ ꝑ ĩpoſſibile ⁊ ꝑ expõnẽ quẽadmoduꝫ
⁊ in ꝓoribus. Si aũt vnꝰ quidẽ ſit ꝑdicatiuꝰ
aliꝰ vo ꝓuatiuꝰ: vniuerſaliter quidẽ ꝑdicati
uus quoniã minor fuerit ꝑdicatiuꝰ erit ſyllo
giſmꝰ. nã ſi.r. oĩ.s.p. vo alicui.s. nõ ieſt: neceẽ
eſt.p. alicui.r. nõ ineſſe. ſi eni oĩ ⁊.r. oĩ.s.⁊.p.
oĩ.s. inerit ſed nõ inerat. demõſtrat᷑ aũt ⁊ ſi
ne deductione. ſi ſumat᷑ aliqõ eoꝝ que ſũt.s.

cui.p. nõ ineſt. Qñ vo maior fuerit ꝑdicati
uus nõ erit ſyllogiſmꝰ: ut ſi.p. inſit oĩ.s.r. aũt
alicui.s. nõ inſit. termini vero oĩ ineẽ: aĩatuꝫ
hõ: aĩal. nulli vero nõ ẽ ſumere terminos ſi.r
inẽ alicui qdẽ alicui ãt ñ. ſi eni ẽ oĩ.s. ineſt.p.
r. aũt alicui.s.⁊.p. inerit alicui.r. ſed poſituꝫ
erat nulli ineſſe: ſed quemadmodũ in ꝓoribꝰ
dicendũ eſt. nã cũ indefinitũ eſt alicui nõ in
eẽ ⁊ qõ nulli ieſt veꝝ ẽ alicui ñ ineſſe. nulli vo
cũ eẽt nõ erat ſylogiſmꝰ. mãifeſtũ ğ erit quo
niã non erit ſyllogiſmus nũc. Si aũt priuati
uus ſit vniuerſalis terminꝰ qñquidẽ maior
fuerit ꝓuatiuꝰ: minor aũt ꝑdicatiuus erit ſyl
logiſmus. ſi enim.p. nulli.s.r. aũt alicui.s. in
eſt ⁊.p. alicui.r. non ierit: rurſum eni erit pri
ma figura.r.s. ꝓpõne ↄuerſa. Quãdo autẽ
minor fuerit ꝓuatiuus non erit ſyllogiſmus
termini ieſſe: aĩal: homo: ferum: non ieẽ: aĩal
ſciẽtia: ferũ: mediũ in vtriſq; ferũ. nec qñ am
bo ꝓuatiui ponũtur. Eſt aũt vnus quidem
vniuerſalis alter vo particularis termini qñ
minor ſit vniuerſalis ad mediuꝫ: aĩal: homo
ferũ. aĩal ſciã feꝝ. Qñ ãt maior ñ ieſſe quidẽ
coruꝰ: nix albuꝫ: ieẽ vero nõ eſt ſumere. Si.r
alicui quidem ieſt.s. alicui aũt non ieſt. ſi eni
p. omni.r. inſit.r. autem alicui.s.⁊.p. inerit
alicui.s. ſed poſitum erat nulli ieſſe. ſed ex in
definito monſtrandum eſt. neq; ſi vtreq; ali
cui medio ieẽ uel non ineſt: uel vnus quideꝫ
ineſt: alter vero non ieſt. vel hoc quidem ali
cui ille non omni uel indefinite nullo modo
erit ſyllogiſmus. termini auteꝫ cõmunes om
nium: animal. homo: album: animal ianima
tum album. Manifeſtum igitur in hac figu
ra quando erit ⁊ quando non erit ſyllogiſ
mus. ⁊ quoniam ie terminis. ut dictum eſt
fit ſyllogiſmus ex neceſſitate. ⁊ ſi ſit ſylogiſ
mus neceſſe eſt terminos ſic ſe habere.
Manifeſtum ẽ etiã quoniã oẽs ĩpfecti ſũt ſyl
logiſmi ĩ hac figura. oẽs eni ꝑficiunt᷑ qbuſdã
aſſumptis: ⁊ quoniã ſyllogizare ꝑ hãc figurã
vniuerſale ñ erit neq; ꝓuatiuũ: neq; affirma
tiuũ. Palã ãt ⁊ quoniã ĩ oibꝰ figuris qñ nõ fit
ſyllogiſmꝰ cũ ꝓuatiui vel ꝑdicatiui ſint vtriq;
t̃mini ⁊ ꝑticulares ẽt nihil oĩo fit neceſſariuꝫ
Cũ aũt ꝑdicatiuꝰ ⁊ ꝓuatiuꝰ ⁊ vniuerſalit᷑ ſũ
ptꝰ priuatiuꝰ ſꝑ ſyllogiſmꝰ fit minoris extremi
tatis ad maiorẽ: vt ſi.a. qdẽ oĩ.b. vel alicui.b.
ãt nulli.c. ↄuerſis ãt ꝓpõibꝰ neceſſe ẽ.c. ali
cui.a. ñ ineẽ ſiliter ãt ⁊ ĩ aliis figuris: ſꝑ.n.ꝑ
ↄuerſiõꝫ fit ſyllogiſmꝰ. Patꝫ ẽt quoniã ĩdefi
nitũ ꝓ ꝑdicatiuo ꝑticulari poſitũ eũdẽ faciet
ſyllogiſmũ in oibꝰ figuris. Maifeſtũ eſt ãt ⁊
quoniã ſyllogiſmi ĩpfecti ꝑ ꝑmã figuram ꝑfi
ciunt᷑. aut.n. oñſiue aut ꝑ ĩpoſſibile claudũt᷑
oẽs vterq; aũt fit pria figura. Oſtenſiue qdẽ
ꝑfectis quoniã ꝑ ↄuerſiõꝫ ꝑficiebant᷑ oẽs cõ
uerſio ãt primã faciebat figuraꝫ. Per impoſ

UVA. BHSC. IyR_048_1

ſibile v̄o demōſtratis quoniā poſito falſo ſyl
logiſmus fit ꝑ primā figurā ut in poſtrema fi
gura ſi.a.⁊.b.oi.c.inſunt:quia.a.alicui.b.inē
nā ſi nulli.b.aūt oi.c.nulli.c.inerit.a. ſed po
ſitū erat oi.ſiliter aūt ⁊ in aliis. Eſt etiā redu
cere ad prime figure vniuerſales ſyllogiſmoſ
Nā qui ſūt in ſecūda manifeſtū ē quoniā ꝑfi
ciunt̄ ꝑ illos: veꝝ nō ſimiliter oēs ſed vniuer
ſales quidē priuatiua ꝯuerſa. Particularium
aūt vtraqꝫ ꝑ ad ipoſſibile ductionē. Qui v̄o
in prima ſūt ꝑticulares ꝑficiunt̄ quidē ⁊ ꝑ ſe.
Eſt aūt ⁊ per ſecundam oñdere ad impoſſi
bile ducentes. ut ſi.a.inſit oi.b. ⁊.b.alicui.c.
quoniā.a.alicui.c.inerit. Si eniꝫ nulli.b.aut
omni.a.nulli.c.ierit.b.hoc enim ſcimus per
ſecundā figurā.ſiliter ⁊ in priuatiuo erit de
monſtratio.ſi eni.a.nulli.b.⁊.b. alicui.c.ieſt
⁊.a.alicui.c.nō inerit.nā ſi oi.c.b.aūt nulli i
eſt.a.nulli.c.inerit.b.hec aūt fuit media figu
ra:q̄re quoniā qui in media figura ſunt ſyllo
giſmi oēs reducunt̄ ad vniuerſales ſyllogiſ
mos prime figure. Qui v̄o ꝑticulares ūt in
prima ad eos qui ſūt i media. Maīfeſtū quo
niā ⁊ ꝑticulares reducūt̄ ad eos qui in pria
figura ſūt vniuerſales ſyllogiſmos. Qui v̄o
ſūt i tertio qui vniuerſales ſūt quidē termini
ſtati ꝑficiunt̄ per illos ſyllogiſmos. ſi aūt ꝑti
culares ſumāt̄ ꝑ ꝑticulares ſyllogiſmos p̄rie
figure.ſed hi reducti ſūt ad illos.q̄re ⁊ tertie
figure ꝑticulares.manifeſtū ē igit̄ quoniam
oēs reducūt̄ ad prime figure vniuerſales ſyl
logiſmos. Igit̄ ſyllogiſmi oñdentes ineē ⁊ ñ
ineē dictū ē quoniā ſe hn̄t ad eos ꝑ ſe q ſūt ex
eadē figura ⁊ ad alios qui ex aliis. Ca.vii.

Quoniā aūt diuerſū eſt ineē ⁊ ex neceſ
ſitate ineē ⁊ ꝯtingere ineē.naꝫ quidē
inſūt multa nō tm̄ ex necītate: alia v̄o
neqꝫ inſunt ex necītate neqꝫ inſūt oino ꝯtin
git aūt ineē. Manifeſtū ē ꝙ ſyllogiſmus vni
uſcuiuſqꝫ hoꝝ alter erit ⁊ non ſimiliter ſe ha
bentibus terminis.ſed hic quidē ex neceſſa
riis:ille v̄o ex his q̄ ſimpliciter inſūt:ille aūt
ex contingentibꝰ.ḡ in neceſſariis quidē vere
ſimiliter ſe hꝫ.ſimilit̄.n.poſitis terminis ⁊ in
his q̄ ſūt ⁊ in his que ex necītate inſūt uel nō
inſūt.⁊ erit ⁊ nō erit ſyllogiſmus:veꝝ diſta
bit in eo q̄d adiacet terminiſ ex neceſſitate in
eē uel nō ineē.nā ⁊ ꝑuatiuū ſimilit̄ ꝯuertit̄ ⁊
de toto eē ⁊ de oi ſiliter aſſignaimꝰ.ḡ i aliis q
dē ꝑ ꝯuerſionē oñdet̄ quoniā cōcluſio necīa
qūo in eo quod ē ineſſe.in media aūt figura
qn̄ fuerit vniuerſalis affirmatiua: particula
ris v̄o ꝑuatiua. Et rurſū in tertia quādo vni
uerſalis quidē ꝑdicatiua:ꝑticularis ꝑuatiua
nō ſimiliter erit demonſtratio.neceſſe ē autē
exponētes cui alicui nō inē vtꝛqꝫ d̄ hoc face
re ſyllogiſmū.erit.n.neceſſarius in his. Si
aūt de expoſito ē necīus erit: ⁊ de illo aliquo
nā h̄ q̄d expoſitū ē ipſū ꝙ illud aliq̄d ē. fit āt
vterqꝫ ſyllogiſmus in figura. Ca.viii

Ccidit aūt q̄nqꝫ ⁊ altera ꝓpōne nece
ſſaria.neceſſariū fieri ſyllogiſmū veꝝ
nō vtralibet:ſed q̄ ad maiorē extremi
tatē:ut ſi.a.quidē.b.ex neceſſitate ſūptū ē in
eē uel nō ineē.b.aūt.c.ineē tantū. Sic.n.ſum
ptis ꝓpōnibꝰ ex neceſſitate.a.c.inerit uel nō
inerit.nā quoniā oi.b.ex necītate ieſt uel ñ iē
a.c.āt aliq̄d eoꝝ q̄ ſūt.b.manifeſtū quoniā ⁊
c.ierit alteꝝ hoꝝ ex necītate. Si aūt.a.b.q̄dē
non eſt neceſſaria ꝓpō.b.c.aūt neceſſariū ñ
erit ꝯcluſio neceſſaria. nā ſi eſt accidit.a.ali
cui.b.ieſſe ex neceſſitate ꝑ primā ⁊ tertiā fi
gurā.h̄ āt falſū.ꝯtigit.n.tale eſſe.b. cui poſ
ſibile eſt.a.nulli ineſſe.eſt ēt ex terminis ma
nifeſtū.quoniā ñ erit ꝯcluſio neceſſaria. ut
ſi.a.quidē ſit motꝰ.b.aīal i quo ſit.c.hō. nā
qꝫ hō aīal eſt ex neceſſitate.mouet̄ aūt aīal ñ
ex neceſſitate.neqꝫ hō. ſimiliter aūt ⁊ ſi ꝑua
tiua ſit.a.b.nam eadē demōſtratio. In parti
cularibꝰ aūt ſyllogiſmis ſi vlis.quidē eſt ne
ceſſaria.⁊ cōcluſio erit neceſſaria. Si autem
ꝑticularis nō neceſſaria:uel priuatiua ſiue ꝑ
dicatiua fuerit vlis ꝓpoſitio. ſit aūt primuꝫ
vlis ꝓpoſitio neceſſaria. ⁊.a.quidem omni
b.iſit ex neceſſitate.b.aūt alicui.c.iſit ſolum
neceſſe ē.a.alicui.c.ieſſe.ex neceſſitate.nam
c.ſub.b.ē.b.aūt oi.a. inerat ex neceſſitate.ſi
militer aūt ⁊ ſi priuatiuꝰ ſit ſyllogiſmꝰ: nam
eadē erit d̄mōſtratio ſi aūt ꝑticularis ſit ne
ceſſaria ñ erit ꝯcluſio neceſſaria.nihil.n.ipoſ
ſibile euenit quēadmodū nec in vlibus ſyllo
giſmis: ſimiliter ⁊ in priuatiuis : termī motꝰ
animal album. Ca.ix.

In ſcd̄a aūt figura ſi ꝑuatiua q̄dem
vlis ꝓpoſitio ſit ⁊ neceſſaria:⁊ ꝯclu
ſio erit neceſſaria: ſit āt ꝑdicatiua ñ
neceſſaria. Sit aūt primū ꝑuatiua neceſſaria
⁊.a.b.q̄dē nulli ex neceſſitate.c.aūt inſit:tātū
quoniam ergo ꝯuertit̄ ꝑuatiua :⁊. b.nulli.a.
inerit ex neceſſitate.a.aūt oi:c.inē:quare nul
li.c.inerit.b.ex neceſſitate:nā.c.ſub.a.ē. Sili
ter aūt ſi ad.c.ponat̄ ꝑuatiuū.nā ſi.a.nulli.c.
ꝯtigit:⁊.c.nulli.a.poterit ineē.a.aūt oi.b.ieſt
quare nulli eoꝝ que ſunt.b.ꝯtingit.c.fit eniꝫ
prima figura. Rurſū non ergo neqꝫ.b.c.con
uertit̄.n.ſiliter. Si āt ꝑdicatiua ꝓpō ē neceſ
ſaria nōn erit ꝯcluſio neceſſaria. Inſit enim
a.omni.b.ex neceſſitate.c.auteꝫ nulli inſit ſo
luꝫ:conuerſa igitur priuatiua fit pria figura.
Oſtenſū ē aūt in ꝑma quoniā qū non ē neceſ
ſaria que ad maiorē eſt ꝑuatiua nec cōcluſio
erit neceſſaria:quare nec in his erit ex nece
ſſitate. Amplius aūt ſi ꝯcluſio eſt neceſſa
ria accidet.c.alicui.a.nō ineſſe ex neceſſitate
ſi eni.b.nulli.c.ineſt ex neceſſitate:neqꝫ.c.vl
li.b.inerit ex neceſſitate.b.aūt alicui.a.nece

UVA. BHSC. IyR_048_1

ſſe ē ineſſe. Siquidē ⁊.a.oī.b.neceſſe ē ineſſe quare neceſſe eſt.c.alicui.a.nō ineſſe: ſed nil ꝓhibet.a.huiuſmodi accipi cui oī.c. ꝯtingit eſſe. Amplius aūt ⁊ſi ſit terminos ponentē oſtendere quoniā ꝯcluſio nō ē neceſſaria: ut ſit.a.aīal.b.aūt hō.c.ꝟo albū.⁊ ꝓpōnes ſimiliter ſūpte ſint. ꝯtingit eni aīal nulli albo ineē: nec hō inerit ulli albo ſed non ex neceſſitate.ꝯtingit.n.hoīem fieri albū nec tn̄ donec aīal nulli albo inſit: q̄re qū h̄ ſint neceſſaria erit ꝯcluſio: ſimpliciter aūt nō neceſſaria. Similiter aūt ſe habebit ⁊ in particularibus ſyllogiſmis qn̄ ꝑuatiua quidē ꝓpō vniuerſalis fuerit ⁊ neceſſaria: ⁊ ꝯcluſio erit neceſſaria. Qn̄ aūt ꝑdicatiua vniuerſalis: priuatiua ꝟo ꝑticularis nō erit ꝯcluſio neceſſaria. Sit aūt primū priuatiuū ⁊ vniuerſale: ⁊.a.nulli.b.cōtingat ex neceſſitate ineē.c.aūt alicui iſit: quoniā ğ cōuertit̄ priuatiua.⁊.b.nulli.a.cōtingit ex neceſſitate.a.autem alicui.c. ineſt: quare ex neceſſitate alicui eoꝝ que ſūt.c.nō ierit.b. Rurſū ſit ꝑdicatiua vniuerſalis ⁊ neceſſaria ⁊ ponat̄ ad.b.quidez ꝑdicatiuū. ſi ergo.a.oī b.ex neceſſitate ieſt.c.aūt alicui nō ieſt. quoniā nō inerit.b.alicui.c.manifeſtū ē.ſed non ex nēcitate ineſt.nā idē termini erunt ad demonſtrationē qui in vniuerſalib⁹ ſyllogiſmis ſed nec ſi priuatiua neceſſaria ē particularit̄ ſumpta erit ꝯcluſio neceſſaria nā per eoſdez terminos demonſtratio. Ca.x.

In poſtrema aūt figura terminis quidē vniuerſalibus ad mediū ⁊ ꝑdicatiuis vtriſq₃ ꝓpōnibus ſi vtralib₃ propoſitio ē necīa ⁊ cōcluſio erit necīa.ſi aūt hec quidē ſit priuatiua: illa ꝟo ꝑdicatiua qn̄ ꝑuatiua fuerit quidē necīa ⁊ concluſio erit necīa Qn̄ aūt ꝑdicatiua nō erit cōcluſio necīa: ſint n.primū vtreq₃ ꝑdicatiue ꝓpōnes ⁊.a.⁊.b oī.c.inſit: necīa aūt ſit.a.c.quoniā ergo.b.oī c.ineſt ⁊.c.alicui.b.inerit eo. ꝙ cōuertit̄ vniuerſalis in ꝑticularē: q̄re ſi.a.oī.c.ineſt ex neceſſitate.⁊.c.alicui.b.⁊.a.alicui.b.neceſſe eſt ineē.nā.b.ſub.c.ē.fit ergo prima figura. ſilit̄ aūt oñdet̄. ⁊ſi.b.c.ē neceſſaria: ꝯuertit̄ enim ⁊.c.alicui.a.quare ſi oī.c.ineſt.b. ex necītate ⁊.a.alicui.b.ineſt ex neceſſitate. Rurſū ſit a.c.quidē priuatiua.b.c.aūt ꝑdicatiua: necīo aūt.ſit priuatiua.quoniā ergo cōuertit̄.c. alicui.b.a.aūt nulli.c.ex neceſſitate.neq₃.a.alicui.b.inerit ex necītate.nā.b.ſub.c.ē.ſi autez ꝑdicatiua ſit neceſſe nō erit cōcluſio neceſſaria.ſit eni.b.c.ꝑdicatiua ⁊ necīa.a.c.aūt priuatiua ⁊ nō necīa.quoniā ergo cōuertit̄ affirmatiua inerit ⁊.c.alicui.b.ex necītate.quare ſi.a.quidē nulli eoꝝ que ſunt.c.ineſt.c.autez alicui eoꝝ que ſūt.b.a.alicui eoꝝ que ſūt.b. nō inerit ſed n̄ ex neceſſitate.oſtēſū.n.ē i prima figura quoniā priuatiua ꝓpōne nō neceſſoria nec concluſio erit neceſſaria. Amplius ⁊ſi per terminos ſit manifeſtum. Sit aūt.a.bonū.b.quidē aīal.c.aūt equus: ğ bonū quidē contingit nulli equo ineē.aīal ꝟo neceſſe eſt oī ineē: ſed nō neceſſe ē aīal nō eē bonū. Siquidē contingit oī eē bonū aut ſi nō h̄ poſſibile ſed vigilare uel dormire tantū ponēdū.oē eni aīal ſuſceptibile eſt hoꝝ.ſi igit̄ vniuerſaliter termini ad mediū ſint: dictū eſt qn̄ ꝯcluſio erit neceſſaria. ſi āt hic quidē vniuerſalis: ille ꝟo ꝑticularis ꝑdicatiu⁹ autez vterq₃ qn̄ vniuerſaliter fuerit neceſſarius ⁊ ꝯcluſio erit necīa.demōſtratio aūt eadē q̄ ⁊ pri⁹.conuertit̄.n. ꝑticularis affirmatiua.ſi ergo neceſſe ē.b.oī.c.ineē.a.aūt ſub.c.eſt.neceſſe eſt.b. alicui.a.ineē.ſi aūt.b.alicui.a.⁊.a.alicui.b.ineſſe.neceſſariū ē.ꝯuertit̄ enim ſimiliter autē ⁊ſi.a.c.ſit necīa vniuerſalis.nā.b.ſub.c.eſt.ſi aūt particularis eſt neceſſaria non erit ꝯcluſio neceſſaria. Sit.n.b.c.ꝑticularis ⁊ neceſſaria.a.āt inſit oī.c.non tn̄ ex neceſſitate.cōuerſa ğ.b.c.ꝑma figura fit: ⁊ vlis ꝓpoſitio n̄ neceſſaria.ꝑticularis āt neceſſaria: qn̄ āt ſic ſe habēt propoſitiones non erit ꝯcluſio neceſſaria quare nec in his. Amplius aūt ex terminis his manifeſtū.ſit.n.a.uigilare.b.autē bipes.i quo āt.c.aīal: ğ.b.alicui.c.neceſſe eſt ieſſe.a. āt.cōtingit.c.oī: ⁊.a.nō neceſſario.b. nō enim neceſſe ē aliquā bipidē vigilare uel dormir̄: ſimiliter aūt ⁊ p eoſdē terminos oſtēdetur. Et ſi.a.c.ſit particularis ⁊ neceſſaria ſi āt hic quidē terminoꝝ ſit predicatiuus: ille ꝟo priuatiuus: qn̄ vlis quidē fuerit priuatiua ⁊ neceſſaria concluſio erit neceſſaria. ſi n.a.nulli.c.ꝯtigit.b.aūt alicui. c.ineſt: neceſſe ē.a.alicui.b nō ineē. Qn̄ aūt affirmatiua q dem ponit̄ neceſſaria uel vlis uel particularis uel priuatiua ꝑticularis non erit concluſio neceſſaria.nā alia quidē eadē que i prioribus dicem⁹ termini ꝟo cū vlis affirmatiua ē neceſſaria: uigilatio animal: homo: mediū hō. Cū particularis āt ꝑdicatiua neceſſaria vigilatio aīal: albu₃ aīal.n. neceē eſt alicui albo ieē: vigilatio aūt contingit nulli.⁊ nō neceſſe ē alicui aīali non ieſſe vigilatiōi: Qn̄ āt ꝑticularis fuerit ꝑuatiua neceſſaria. bipes. moueri aīal. Manifeſtū igit̄ quoniā ineſſe quidē nō ē ſyllogiſmus. ſi utreq₃ ꝓpōes nō ſūt in eo qō eſt ieſſe.neceſſariū ꝟo ē ⁊ altera ſola neceſſaria. In utriſq₃ aūt affirmatiuis ⁊ ꝑuatiuis exiſtētib⁹ ſyllogiſmis neceē ē alterā ꝓpōem eē ſimilē ꝯcluſiōi.dico āt ſimilem ſi ineſſe quidem que ieſſe ſignificat.ſi autem neceſſaria neceſſarii.quare ⁊ hoc palaz quoniam non erit concluſio.neq₃ que ieſſe.neq₃ neceſſaria ii ſūpta.uel neceſſaria.uel q̄.ieſſe ſignata ꝓpoſitione. igit̄ ꝺ neceſſario quō ſit ⁊ quā differētiā habet ad ineſſe ſufficienter

UVA. BHSC. IyR_048_1

pene dictũ ẽ. Ca.xi.

Contingente ãt poſt hoc dicemus. qñ ⁊ quõ ⁊ ꝑ que erit ſyllogiſmꝰ. dico ãt ꝯtingere ⁊ ꝯtingẽs quo non exiſtẽte neceſſario: poſito aũt eẽ uel nõ eẽ ꝑꝑ hoc nihil erit impoſſibile. n ã neceſſariũ ꝯtingere equiuoce dicimus. Quoniã aũt hoc eſt contingens manifeſtũ ẽ ex affirmationibus ⁊ negationibus oppoſitis. nã nõ ꝯtingẽs eẽ ⁊ ĩpoſſibile eẽ: ⁊ neceſſariũ nõ eẽ idẽ ſũt uel ſequũt̃ ſe ad inuicẽ. q̃re ⁊ oppſita his ꝯtingat eẽ ⁊ nõ ĩpoſſibile eẽ ⁊ non neceſſe non eſſe: ⁊ eadem erũt ⁊ ſequentia ſe inuicem. de omni.n. affirmatio uel negatio vera erit: ergo ꝯtingẽs erit neceſſariũ ⁊ nõ neceſſariũ ꝯtingẽs accidit aũt omnes que ſᵐ ꝯtingẽs ꝓpoſitiones ſũt ꝯuerti ad inuicẽ. Dico aũt nõ negatiuas affirmatiuis: ſed quecũq; affirmatiuã habẽt figuram ſᵐ oppoſitionẽ: ut ea que ẽ ꝯtĩgit eẽ ei que ẽ nõ eſſe: ⁊ ea que ẽ ꝯtingit oĩ ei que eſt ꝯtingit nulli uel non oĩ ⁊ que alicui. ei que non alicui eodẽ autẽ ꝑ nõ ⁊ ĩ aliis: Quoniã.n. qḋ ẽ ꝯtingẽs nõ eſt neceſſariũ. qḋ aũt nõ eſt neceſſarium poſſibile ẽ non eſſe manifeſtũ ẽ. Quoniã ſi ꝯtingit. a. ĩeſſe. b. ꝯtingit ⁊ nõ ĩeſſe: ⁊ ſi omni ꝯtingit ineſſe. ⁊ oĩ ꝯtingit non ineſſe: ſimiliter aũt ⁊ ĩ particularibꝰ affirmatiõibus. naʒ eadem eſt demõſtratio. Sint aũt ꝓpoſitiões p̃dicatiue. nã contingeꝛ ei qḋ ẽ eſſe: ſimiliter ponat̃ quẽadmodũ dictũ eſt prius. Determinatis aũt his: rurſũ dicimꝰ ꝯtingere quoniã duobꝰ mõis dicit̃. vno quidẽ mõ qḋ plurimũ q; fit ⁊ deficit neceſſariũ: ut caneſcere hominẽ uel augeri uel minui. uel oĩo qḋ natũ ẽ eẽ hoc.n. ñ ꝯtinuũ hʒ neceſſariũ qḋ nõ ſemper ẽ huiuſmodi hõ. nã cũ hõ ẽ. aut ex neceſſitate aut ut ĩ pluribꝰ alio aũt infinitũ qḋ ſic ⁊ ñ ſic poſſibile: vt aĩali ãbulãte uel non ambulante accidit terre motũ fieri: uel oĩo qḋ caſu fit: nihil.n. magis ſic natũ ẽ uel ecõuerſo. ꝯuertit̃ ergo ⁊ ſᵐ oppoſitas ꝓpoſitiões vtrũq; ꝯtingens nõ tñ eodẽ mõ: ſed qḋ natũ quidẽ ẽ eſſe ei qḋ ẽ nõ ex neceſſitate eſſe: ſic.n. ꝯtingit nõ caneſcere hoĩeʒ. Infinitũ aũt non magis ſic uel illo modo. Diſciplina aũt uel ſyllogiſmus demonſtratiuus ex ĩdefinitis quidẽ nõ eſt: eo qḋ ĩordinatũ ẽ mediũ. Ex his v̓o q̃ nata ſũt eſſe pene oẽs ⁊ conſideratões ſũt ĩ his cõtingentibus: ex his aũt euenit fieri ſyllogiſmũ nõ tamen ſolet: queri hoc tñ magis diffinietur in ſequentibus. Nũc autem dicemꝰ qñ ⁊ quomodo ⁊ quis erit ſyllogiſmus ex cõtingentibus ꝓpoſitionibꝰ.

Capitulum duodecimũ.

Quoniã ãt ꝯtingere hoc huic ineſſe dupliciť eſt accipere: aut.n. cui ineſt hoc: aut cui cõtingit ineſſe ipſũ. Nã de quo.b.a. ꝯtingit hoꝝ alterũ ſignificat: aut de quo dicit̃.b. aut de quo ꝯtingit dici. ꝺ quo aũt.b.a. ꝯtigere: aut oĩ.b. poſſibile eſt eſſe.a. nihil differt: manifeſtũ igitur quoniã dupliciter dicit̃ a contingere oĩ.b. ineſſe. Primũ g̊ dicamꝰ de quo.c. contingit.b. ⁊ ꝺ quo.b.a q̈s erit ⁊ qualis ſyllogiſmus: ſic.n. vtreq; propoſitiones ſũmunt̃ ſᵐ contingere. Qñ autẽ de quo ineſt.b. contingit.a. hic q̈dẽ eſt ineſſe illa vero cõtingens q̃re a ſimilibꝰ figuris incipiẽdum quẽadmodũ ⁊ in alijs. Qñ igit̃ contingit.a.oĩ.b.⁊.b.oĩ.c. erit ſyllogiſmꝰ ꝑfectꝰ: quoniã.a. contingit oĩ.c. ineſſe: hoc ãt manifeſtũ ẽ ex diffinitiõe: nã cõtingere oĩ ineſſe ſic dicebamus. Similiter aũt: ⁊ ſi.a. ꝯtingit nulli.b. b. aũt oĩ.c. quoniã a nulli.c. ꝯtinget. Nam de quo.b. contingit.a. nõ contigere hoc erit nullũ dimittere ꝺ his q̃ ſꝰ.b. ꝯtigũt. Qñ ãt.a. cõtingit oĩ.b.b. ãt nulli.c. cõtingit ꝑ aſſumptas q̈dẽ ꝓpoſitiones nullus fit ſyllogiſmus: conuerſa aũt.b.c. ſᵐ contingẽs fit idem qui ⁊ p̃us. Quoniam aũt contingit.b. nulli.c. ineſſe contingit ⁊ oĩ ineſſe. hoc aũt dictũ eſt prius: q̃re ſi.b. q̈dẽ omni.c.a. vero oĩ.b. rurſus ideʒ fit ſyllogiſmus. Similiter aũt ⁊ ſi ad vtraſq; propoſitiones negatio ponat̃ ꝯtingere dico aũt ut ſi.a. ꝯtigat nulli.b.⁊.b. nulli.c. nã ꝑꝑ aſſumptas ꝓpoſitiones nullus fit ſyllogiſmus conuerſis aũt rurſus idem fit qui ⁊ prius.

Manifeſtuʒ eſt quoniã negatione poſita ad minorem extremitatẽ vel ad vtraſq; propoſitiones aut non fit. ſyllogiſmꝰ: aut fit q̈dẽ ſʒ nõ ꝑfectꝰ: ex ꝯuerſione.n. fit neceſſariũ. Si ãt altera q̈dem ꝓpoſitionũ vl̃is: altera q̈dẽ ꝑticularis ſumat̃ ad maiorẽ extremitatẽ poſita vl̃i ſyllogiſmus erit ꝑfectꝰ. Nã ſi eni.a.oĩ.b. contingit.b. aũt alicui.c. cõtinget.a. alicui.c. ineẽ hoc aũt mãifeſtũ eſt ex diffinitione ꝯtingẽtis Rurſum ſi.a. contingit nulli.b.b. aũt contingit alicui.c. ineſſe neceſſe eſt a contingere alicui.c. non ineſſe: demonſtratio aũt eadẽ. Si ãt priuatiua ſumat̃ ꝓpoſitio ꝑticularis: vl̃is ãt affirmatiua ꝓpõne ſimiliter ſe hñte: vt ſi.a.oĩ b. contingit.b. aũt alicui.c. nõ ineſſe: ꝑ ſũptas q̈dem ꝓpões non fit ſyllogiſmꝰ: conuerſa ãt ꝑticulari: ⁊ poſita.b. alicui.c. contingere ineẽ eadem erit ꝯcluſio q̃ ⁊ priꝰ quẽadmodũ ĩ his q̃ ab initio. Si ãt que ad maiorẽ extremitateʒ eſt particularis q̃ ad minorẽ vl̃is: ſiue vtreq; affirmatiue ponatur: ſiue p̃uatiue: ſiue nõ ſimilis figure: ſiue vtreq; indefinite: uel ꝑticulares nullo modo erit ſyllogiſmꝰ. Nihil eniʒ ꝓhibet: b. tranſcendere.a.⁊ non p̃dicare de equis. quo.n.b. trãſcẽdit.a. ſumat̃.c. huic.n. neq; oĩ: neq; nulli: neq; alicui: neq; nõ alicui cõtingit.a. ineſſe: ſi q̈dẽ conuertant̃ ſᵐ contingere ꝓpoſitiones: ⁊.b. pluribus contingit q̃ꝑ.a. ineſſe. Amplius aũt ⁊ ex terminis manifeſtũ. nam ſic ſe habẽtibꝰ propoſitionibꝰ cõ

UVA. BHSC. IyR_048_1

ꝯtingit ⁊ primuꝫ poſtremo nulli ⁊ omni ex neceſſitate ieſſe. termini oēs oiuꝫ ieſſe quidem ex neceſſitate aial: albū: hō: non contingere vō; aial: albū: veſtis. Manifeſtū ē igiᷓ quoniam hoc mō ſe habentibꝰ terminis nullo mō fit ſyllogiſmus. Nā oīs ſyllogiſmus. uel eꝰ quod eſt ineſſe uel ex neceſſitate vel contingere: hic aūt neqꝫ ineſſe: neqꝫ neceſſarius manifeſtū ē quoniā nō ē. Nā affirmatiuus ꝑimit priuatiuū ⁊ priuatiuus affirmatiuum: reliquiᷓ ḡ ꝯtingere: hoc aūt ipoſſibile. oſtēſū ē. n. quoniā ſic ſe habētibus terminis ⁊ oī poſtremo primū ieſſe ⁊ nulli ꝯtingit ex neceſſitate: quare nō erit ꝯtingēs ſyllogiſmus: nam ꝯtigens nō erit neceſſariū Manifeſtū quoniam cū uniuerſales ſint termini in contigētibꝰ ꝓpoſitiōibus ſꝑ ſit ſyllogiſmus i prima figura: ſiue ſint predicatiui ſiue priuatiui: verū ex predicatiuis quidē ꝑfectus: ex priuatiuis āt iperfectus. Oꝫ āt contingere ſumere nō in neceſſariis: ſed ſm dictā diffinitioneꝫ aliquotiens aūt latet huiuſmodi.

## Capitulum. xiiii.

Si aūt hoc quidē ieſſe: illa uero ꝓpoſitionū ꝯtingere ſumaᷓ. qn̄ que ad maiorē quidē extremitatē contingere ſignificauerit ꝑfecti erūt oēs ſyllogiſmi: ⁊ cōtingētes ſm dictā determinationem: Qn̄ vō q̄ ad minorē ⁊ iꝑfecti oēs: ⁊ ꝓuatiui ſyllogiſmi n̄ ꝯtigētis ſꝫ dictā dtermiatiōnē: ſꝫ eiꝰ qđ ē nulli aut nō oī ex neceſſitate. Si. n. nulli aut n̄ omni ex neceſſitate ꝯtingere dicimus ⁊ nulli ⁊ nō oī ineſſe. Contingit. n. a. oī. b. b. aūt oī. c. ponaᷓ ineſſe: quoniā igiᷓ ſub. b. ē. c. a. aūt contigit oī. b. manifeſtū eſt quoniā ⁊. c. oī cōtinget. fit aūt ꝑfectus ſyllogiſmꝰ. Similiter aūt ⁊ cū priuatiua ſit. a. b. propoſitio. b. c. aūt affirmatiua: ⁊ hoc quidem cōtingere: illa uero ieſſe ſumaᷓ ꝑfectus erit ſyllogiſmꝰ quoniā. a. cōtingit nulli. c. ineſſe quoniā ergo ineſſe poſito ad minorē extremitatē ꝑfecti ſūt ſyllogiſmi manifeſtū eſt. Qn̄ aūt ꝯrie ſe habētes erūt ſyllogiſmi per ipoſſibile mōſtrandū: ſimiliter aūt erit manifeſtū quoniā impfecti. nā oſtenſio nō ē ex ſūptis ꝓpoſitionibus. Primū aūt oſtendendū ſi cū ē. a. neceſſe ē eē. b. ⁊ cum ſit poſſibile eſſe. a. poſſibile erit eē. b. ex neceſſitate. Sit. n. ex ſic ſe habētibus terminis i quo quidē. a. poſſibile. in quo qdē. b. ipoſſibile. Si ḡ vnū ſit poſſibile qn̄ ē poſſibile fiet. ſi aūt alteꝝ ipoſſibile qn̄ impoſſibile nō fiet. ſimiliᷓ autē ſi. a. poſſibile ⁊. b. impoſſibile ꝯtinget. a. fieri preter. b. Si autem fieri ⁊ eē: nā qđ fit qn̄ factū fuerit ē oportet aūt nō ſolū ſumeᷓ i generatiōe poſſibile ⁊ ipoſſibile: ſed hoc qđ veꝝ eē ⁊ ineſſe qđ actū ē: ⁊ quocunqꝫ mō aliᷓ dicaᷓ poſſibile ioibus. n. ſimiliter ſe habebit. Ampliꝰ aūt cum ē. a. b. eē nō quoniā vno aliquo exiſtente. a. erit. b. oꝫ opinari. nihil. n. ē ex neceſſitate vno aliquo exiſtente: ſed duobus ad minus: vt qn̄ ꝓpoſitiōes ſic ſe hn̄t: ut dictū ē ad ſyllogiſmū. nā ſi. c. de. d. d. autē de. f. ⁊. c. de f. ex neceſſitate. ⁊ ſi poſſibile utrūqꝫ ⁊ cōcluſio erit poſſibilis. quēadmodū igiᷓ ſiqs ponat. a. qdē ꝓpoſitiōes. b. aūt cōcluſionē accidet nō ſolū. a. ſit neceſſariū: ⁊. b. neceſſariuꝫ: ſed ex poſſibili poſſibile. Hoc āt oñſo manifeſtū ē quoniā falſo poſito ⁊ non ipoſſibili: ⁊ qđ accidit ꝑꝑ poſitionē falſū erit ⁊ nō ipoſſibile. ut ſi. a. quidē falſū ſit nō tn̄ impoſſibile qū āt ſit. a. eſt ⁊. b. ⁊. b. erit falſū nō tn̄ impoſſibile. Qđ. n. oſtēſum ē ſi cum ē. a. ē. b. ⁊ qum ſit poſſibile eē. a. poſſibile erit eē. b. poſſibile poſitū ē āt. a. poſſibile eſſe. ⁊. b. erit poſſibile Si. n. impoſſibile ſimul idē erit poſſibile ⁊ impoſſibile. Determinatis autē his inſit. a. oī. b. b. āt cōtingit omni. c. neceſſe ē ergo. a. cōtingere omni. c. ineſſe n̄. n. cōtingat. b. autem omni. c. ponaᷓ ineſſe: hͦ autē falſum qdē nō tn̄ impoſſibile. ſi ḡ. a. quidē non contingit c. b. āt inſit oī. c. a. nō omni. b. ꝯtingit: fit. n. ꝑ tertiā figurā ſyllogiſmus: ſed poſitū erat omni ꝯtingere ineſſe. Neceſſe eſt ergo. a. omni c. ꝯtingere ineſſe. falſo. n. poſito ⁊ nō impoſſibili qđ accidit nō eſt impoſſibile. eſt āt ⁊ ꝑ primā figurā facere ſyllogiſmuꝫ ponētes. b. ineſſe. Naꝫ ſi. b. omni. c. ineſt. a. āt omni. b. ꝯtigit: ⁊ oī. c. ꝯtigit. a. ſꝫ poſituꝫ erat n̄ oī ineſſe. Oꝫ āt accipere oī ineſſe nō ſꝫ tp̄s determinātes ut nunc. aut in hoc tꝑe: ſed ſimpliciter: ꝑ huiuſmodi. n. ꝓpoſitōes ⁊ ſyllogiſmos facimus quoniā ſecundum nunc ſumptā ꝓpoſitionē non erit ſyllogiſmus: nihil. n. fortaſſe quādoqꝫ ꝓhibet ⁊ omni mouenti hominem ineſſe: vt ſi nihil aliđ moueatur: mouens āt ꝯtingit oī equo ſꝫ hō nulli equo ꝯtigit. ampliꝰ ſit ꝓmū qdē animal: mediū auteꝫ moueri. poſtremū vō hō: ḡ ꝓpoſitiōes qdeꝫ ſimiliter ſe habebūt cōcluſio erit neceſſaria nō ꝯtingens. ex neceſſitate. n. hō aial: manifeſtū eſt igiᷓ quoniā vniuerſale ſumēdū ſimpliciᷓ ⁊ nō tꝑe determinato. Rurſus ſit ꝓuatiua ꝓpoſitio uniuerſalis. a. b. ⁊ ſūmatur. a. qdeꝫ nulli. b. ineſſe. b. āt ꝯtingat oī. c. ineſſe: his igiᷓ poſitis neceſſe eſt. a. nulli. c. ineſſe n̄ n. ꝯtingat. b. aūt ponaᷓ ineſſe. c. ſicut prius neceſſe igiᷓ eſt. a. alicui. b. ineſſe. fit. n. ſyllogiſmus ꝑ tertiā figurā. hͦ āt impoſſibile: q̄re a. ꝯtinget nulli. c. poſito. n. falſo impoſſibile eſt qđ accidit. hic igiᷓ ſyllogiſmus nō eſt eiꝰ qđ determinatum eſt eſſe contingens: ſed nulli ineſſe ex neceſſitate: hoc enim eſt contradictio facte hypotheſis: poſitum enim eſt ex neceſſitate. a. alicui. c. ineſſe. ſyllogiſmus autem per impoſſibile eſt oppoſite contra-

UVA. BHSC. IyR_048_1

nã ariſtomenes ẽ intelligibilis ariſtomenes
a.aũt nõ ineſt.c.corruptibilis.n.eſt ariſtome
nes.nõ.n.ſyllogiſmus fiebat ſic ſe habentibꝰ
terminis.ſed oꝫ vniuerſaliter.a.b.ſumi ꝓpo
ſitionẽ:hoc v̾o falſum qd̾ ꝓponebat oẽm in-
telligibilem ariſtomenẽ ſemꝑ eſſe cũ ariſto-
menes corruptibilis ſit. Rurſũ in quo quidẽ
c.micalus:in quo aũt.b.muſicus micalus:in
quo aũt.a.corrũpi cras.veꝝ eſt ergo.b.de.c.
p̃dicari.nã micalus eſt muſicus micalus.ſed
a.de.b.corrũpet̾ eni cras micalus muſicus.a
autem de.c. falſum.hoc antem idem eſt pri-
ori.nõ.n.veꝝ eſt vniuerſaliter muſicus mi-
calus quoniã corrũpet̾. hoc autem non ſum
pto non erat ſyllogiſmus.hic autem falſa fit
in eo ꝙ pene.quoniaꝫ.n nihil differt dicere
hoc huic ĩeſſe aut hoc huic oĩ ĩeſſe ꝯcedimꝰ

Capitulum.xxxi.

Requenter.n.mẽtiri euenit eo ꝙ non
bene exponunt̾ ẜm ꝓpoſitioneꝫ termi
ni.ut ſi.a.q̃dẽ ſit ſãitas.b.v̾o egritudo
c.aũt hõ veꝝ ẽ dicere quoniã a nulli.b.ꝯtigit
ĩeẽ.nulli.n.egritudini inẽ ſãitas ⁊ rurſũ quo
niã.b.ineſt oĩ.c.oĩs.n.hõ ſuſceptibilis eſt.g.
egritudinis.videbit̾ igit̾ accidere nulli hoĩ
ꝯtingere ſanitatem ineſſe.Huiꝰ autem cã eſt
ꝙ nõ bene exponunt̾ termini ẜm dictionem
quoniã tranſumptis his que ſunt ẜm habi-
tudines non erit ſyllogiſmus. ut ſi ꝓ ſanita-
te quidem ponat̾ ſanuꝫ ꝓ egritudine autem
egꝝ.nõ.n.eſt veꝝ dicere quoniã non ꝯtin-
git egrotãti ineſſe ſanum eſſe.hoc autem nõ
ſumpto nõ fit ſyllogiſmus niſi ꝯtingentis.ħ
aũt nõ ĩpoſſibile.ꝯtingat.n. nulli hoĩ ineſſe
ſanitatem. Rurſuꝫ in media figura erit ſimi
liter falſum.nã ſanitatem quidem nulli egri
tudĩ.hoĩ v̾o oĩ ꝯtigit ineſſe q̃re nulli hoĩ egri
tudo. In tertia auteꝫ figura ẜm ꝯtingere ac
cidit falſum.eteni ⁊ ſanitateꝫ ⁊ egritudineꝫ ⁊
diſciplinã ⁊ ignorantiã ⁊ oĩo ꝯ̃ria oĩ ⁊ eideꝫ
ꝯtingit ineſſe.ſibi v̾o ĩpoſſibile inuicẽ.hoc au
nomen incõuenientiũ ſed frequẽter ď aliquo
idem ꝑ̃dicare: ſicut xenocrates prudentiã de
terminatiuã ⁊ cõtemplatiuam eorũ que ſunt
dicit eſſe: nam determinatiua contemplatiua
quedã eſt: quare bis idẽ dicit addens rurſus
contemplatiuã. Similiter aũt ⁊ quicunqꝫ ref
rigidationeꝫ priuationem caloris qui eſt ſm
nãm dicunt eſſe: nam omnis priuatio eius ẽ
quod ſm naturam eſt: quare ſuꝑfluum eſt ad
dere ſm naturam: ſed ſufficit fortaſſe dicere
priuationeꝫ caloris eo ꝙ ipſa priuatio euidẽs
facit quoniã eius qđ eſt ſm naturam dicitur.
Rurſum ſi vniuerſali dicto addidit ⁊ particu
lare vt ſi clementiã diminutionem expedien



UVA. BHSC. IyR_048_1

tium ⁊ iuſtorum: nam iuſtum expediēs quid quare continetur in expediente abundanſ ergo iuſtū. Nam qui dixit vniuerſale addidit ⁊ particulare: ⁊ ſi medicinam diſciplinam ſanatiuorum animali ⁊ homini: aut legem imaginem eorum que naturaliter ſunt bona ⁊ iuſta nam iuſtum bonū quidem quare frequenter idem dicit: vtrum ergo bene vel non bene diffiniunt per hoc ⁊ huiuſmodi proſpiciendꝫ.

## Cap. iiii.

Trum vero diffiniuit ⁊ dixit quid ē eſſe vel non ex his. Primum ergo ſi non ꝑ priora ⁊ euidentiora fecit diffinitionem. Nam quia diffinitio reddit̄ cauſa cognoſcendi quod dicit̄ cognoſcemus autem non ex quibuſlibet: ſed ex prioribꝰ ⁊ euidentioribus quēadmoduꝫ in demonſtrationibus Si enim omnis doctrina ⁊ omnis diſciplina habet fieri: manifeſtum ergo quoniaꝫ qui nō per huiuſmodi determinauit non diffiniuit: nam ſi diffiniuit plures erūt eiuſdem diffinitiones. palam ergo quoniam ⁊ qui ꝑ priora ⁊ euidentiora amplius ⁊ melius diffiniuit. quare vtreqꝫ erunt eiuſdem diffinitiones: huiuſmodi autem nō videtur nam vnicuiqꝫ eoruꝫ que ſunt vnum ē eſſe qđ eſt: q̄re ſi plures erūt eiuſdem diffinitiones idem erit ei qđ diffinitur eſſe quod ſm̄ vtranqꝫ diffinitionem ſignificatur: hoc autem non eadem ſunt eo quod diffinitiones ſunt diuerſe. manifeſtum ergo quoniā non diffiniuit qui nō ꝑ̄ora ⁊ euidentiora determinauit. Igitur nō per euidētiora quidē dici diffinitionē dupliciter ē accipe: aut. n. ſiplicit̄ ex ignotioribꝰ aut nob̄ ig̊tioribꝰ ꝯtingit. n. eni vtrūqꝫ: ergo ſimplicit̄ q̄dē euidētiꝰ qđ priꝰ eſt poſteriore: vt punctū linea ſuꝑficie ⁊ ſuꝑficies ſoliditate: quēadmodū ⁊ vnitas nūero: priꝰ enī ⁊ principiū oīs nūeri. Similiter autem ⁊ littera ⁊ ſyllaba: nobis āt ecōtrario qn̄qꝫ accidit. nā maxime ſolidū ſb̄ ſenſu cadit q̄ ſuꝑficies: ſuꝑficies aūt magis q̄ linea: quare magis plures huiuſmodi cognoſcūt. nā hoc quidē a quolibet: illa ſubtili ⁊ abundanti intellectu comprehendere eſt. Simpliciter ergo meliꝰ ꝑ priora poſteriora tentare cognoſcere: diſciplinabilius eniꝫ huiuſmodi eſt. Verꝫ ad eos qui īpotentes ſunt cognoſcere ꝑ huiuſmodi neceſſariū fortaſſe ꝑ ea que illis ſunt cognita facere diffinitionē ſunt aūt taliū diffinitiones queqꝫ puncti ⁊ linee ⁊ ſuperficiei. Omnes. n. ꝑ poſteriora priora idicāt: nā hoc quidē linee: illud aūt ſuperficiei: illud vere ſoliditatis terminos dicunt eē. Nō aūt oportet latere que ſic diffinire n̄ contingit quid ē eſſe diffiniti idicare: niſi contingat idem ⁊ nobis notius eē ⁊ ſimpliciter notius: ſiquidem oportet per genus ⁊ differentias diffinire eū qui diffiniuit bene. hoc autem ſimpliciter ſunt priora ⁊ euidētiora q̄ ſpecies. Interimit enim genus ⁊ differētia ſpecies quare priora hoc q̄ ſpecies ſūt ⁊ euidentiora: nā ſpecie quidē nota neceſſe ē ⁊ genus ⁊ differentias cognoſci. nam qui hominem ſcit: ⁊ animal greſſibile ſcit: genere autē vel differentia notis non neceſſe eſt ⁊ ſpeciē cognoſci: quare ignotior ſpecies. ampliꝰ his qui ſm̄ veritatem huiuſmodi diffinitiones dicūt eē que ſūt ex his que ſingulis ſūt nota plures eiuſdē diffinitiones eſſe accidet dicere. nā alia aliis ⁊ nō eadē omnibus contingit notiora eſſe. quare ad vnumquodqꝫ diuerſa erit diffinitio aſſignanda: ſiquidē ex his que vnicuiqꝫ ſunt notiſſima diffinitionē oportet facere. amplius alio tꝑe eiſdē alia magis nota. nam ex principio quidem ſenſibilia certioribus āt factis ex cōtrario. quare neqꝫ ad eūdem ſemper eadem diffinitio aſſignāda his qui per que ſingulis ſūt notiora diffinitionē fatentur aſſignandam eſſe. Palā ḡ quoniam non determinanduꝫ ꝑ ea que huiuſmodi ſūt ſed per ſimpliciter notiora: ſola enim ſic vna ⁊ eadem diffinitio ſemꝑ fiet. Fortaſſe autē ⁊ q̄ ſimpliciter notū non eſt qđ omnibus notū ſed q̄ bene diſpoſitis itellectu velut ⁊ ſimpliciter ſanatiuum q̄ his qui bene habēt corpuſ oportet ergo vnūqđqꝫ talium ſubtiliter inueſtigare: vti autem diſputantes ad hoc qđ expedit. Maxime autē indubitanter interimere contingit diffinitionem ſi neqꝫ ex ſimpliciter notioribꝰ: neqꝫ ex aliis que nobis contingat fieri. vnus ergo locus ē eius qđ non per notiora per poſteriora priora ſignificare quēadmodum prius diximꝰ. amplius aūt ſi eius quod eſt inquiete ⁊ diffinitum ꝑ infinita ⁊ q̄ i motu ſunt aſſignata eſt diffinitio. prius enim eſt ⁊ euidentiꝰ qđ permanens ē ⁊ determinatum eo q̄ infinitum ⁊ in motu eſt.

## Cap. v.

Ius aūt qđ non ē ex prioribꝰ tres ſūt loci. primus q̄dem ſi ꝑ oppoſituꝫ oppoſitum diffiniuit: ut ſi per malū bonum: ſimul enim natura oppoſita: q̄buſdā āt ⁊ eadē diſciplina vtriſqꝫ videt̄ eſſe: quare nō notius alterū altero: Oportet aūt non latere quoniā quedā fortaſſe nō ē diffiniri aliter: vt duplum ſine dimidio: ⁊ quecūqꝫ per ſe ad aliquid dicunt̄. Nam oībus huiuſmodi eſt eſſe idem ad aliquid quodāmodo ſe hēre: quare non eſt poſſibile ſi nō altero alterū cognoſcere eo qđ neceſſarium eſt i alterius diffinitōe ſimul ſumi ⁊ alterum cognoſcere quidem oꝫ huiuſmodi omnia: vti autem eis ⁊ in his que videbitur expedire. Alius ſi eodem vſus eſt ei quod diffinit̄: latet autem qum non eodeꝫ diffiniti nomine vtitur: vt ſi ſolem ſtellaꝫ que

UVA. BHSC. IyR_048_1

die apparet diffiniuit: nã qui die vtitur ⁊ ſole utitur. Oportet autem ad deprehendendum talia accipere pro noĩe diffinitionem: ut quoniam dies eſt ſolus latio ſup terrã: patet eniꝫ quoniã qui lationẽ ſolis dixit ſoleꝫ dixit: q̃re vtitur ſole qui die vtitur. Rurſum ſi eo qḋ ex diuerſo diuidiť illud qḋ e diuerſo diffiniuit: vt abundãs qḋ vnitate maius eſt pfecto. Simul.n. natura que ex eodẽ generꝫ e diuerſo diuidũtur: abundans aũt ⁊ perfectũ e diuerſo diuidunť: ambo eniꝫ numeri differre. Similiter autem ⁊ ſi per inferiora ſuperiora diffiniuit: ut perfectuꝫ numerũ qui bipartite diuiduntur: aut bonum habitũ virtutis. nam ⁊ bipartite a duob⁹ ſumptum eſt que pfecta ſunt ⁊ virtus bonum quidẽ: quare inferiora hec q̃ illa ſunt. Amplius aũt neceſſe eſt eũ qui inferiorib⁹ vtitur ⁊ eodem vtinaꝫ ⁊ ꝗ virtute vtiť bono vtitur eo ꝙ bonum quidem. Similiter auteꝫ ⁊ qui bipartite vtiť ⁊ pfecto vtitur eo ꝙ in duo diuidi ſignificat biptite diuidi: duo autem perfecta ſunt. Uniuerſaliter auteꝫ dicendum vnus eſt locus nõ per priora ⁊ euidentiora feciſſe diffinitionem: partes autem que dicte ſunt.

Capitulũ. vi.

Ecũdus aũt ſi cum eſt in genere res non ſita eſt in genere: in omnib⁹ eni huiuſmodi peccatum ẽ in quib⁹ non prius ponitur genus in ratione quid ẽ: vt corporis diffinitio quid habꝫ tres dimenſiones aut ſi quis hominẽ diffinierit ſcitum numerare. Non eni dictuꝫ eſt ꝗd eſſe tres hꝫ dimenſiones: uel quid eſſe ſcit numerare. Gen⁹ aũt vult quid ẽ ſignificare: ⁊ primo poniť eorum que in diffinitiõe ponũtur. amplius ſi ad plura dicto eo qḋ diffinitur non ad oĩa aſſignauit: vt ſi grãmaticam ſcientiam ſcribendi qḋ ꝓfertur: indiget enim quoniam ⁊ cognoſcendum. nihil enim magis ſcribendi q̃ intelligẽdi aſſignans determinauit: q̃re nõ aliis ſꝫ qui vtraqꝫ hoc dicit eo ꝙ plures nõ ꝯtigit eiuſdẽ diffinitiones eſſe. ergo in quibuſdã quidem ſm ueritatem ſe habet ſicut dictũ ẽ. In quibuſdam autem non: ut in quibus non per ſe ad utrunqꝫ diciť velut medicina ſanitatem ⁊ egritudinem facere: naꝫ de hoc quidem per ſe dicitur de illo autem per accidens. Simpliciter. n. alienũ a medicina egritudinem facere quare nihil magis diffinnit qui ad utrũ qꝫ aſſignauit quã qui ad alteruꝫ ſed fortaſſe ⁊ peius eo ꝙ reliquoꝝ quibuſlibet põt egritudinẽ facere. Amplius ſi non ad melius ſed ad peius aſſignauit qum ſint plura ad que dicitur quod diffiniť. nã oĩs diſciplina ⁊ poteſtas eius quod eſt optimũ videtur eſſe. Rurſũ ſi non poſituꝫ ẽ in proprio eius genere qḋ dictũ ẽ ꝯſiderandũ ex his que ad genera ſũt elemẽtis ſicut prius dictũ ẽ. rurſuꝫ ſi tranſcẽdens dixit genera ut iuſticiam habituꝫ equalitatis affectiuũ vel diſtributiuũ equi tranſcẽdit enim qui ſic diffiniuit virtutẽ: relinquens n. iuſticie genus nõ dicit quidem eſſe: nã ſubſtantia cuiuſqꝫ cũ genere eſt. Eſt autem hoc quidem qḋ nõ ĩ proximũ genus ponere: naꝫ qui uirtutem dixit ⁊ habitũ dixit. nã qui ĩ ꝓximũ poſuit omnia ſuperiora dixit eo ꝙ omnia ſuperiora genera de inferioribus predicantur. Quare aut in proximũ genus ponẽdum aut oẽs differẽtias ſuperiori generi addendum per quas determinant proximum genus: ſic enim nihil erit pretermiſſum ſꝫ ꝓ noĩe in diffinitione dictũ erit iferius genus. Qui vero ipſũ tãtũ ſuperius genus dixit nõ dicit inferius genus. Nam qui plantã dicit non dicit arborẽ.

Ca. vii.

Urſum ĩ differentiis ſimiliter conſiderãdũ ſi ⁊ differẽtias dixit generis: nã ſi ñ rei diffiniuit differẽtiis aut ſi ⁊ oĩo aliquid huiuſmodi dixit qḋ nullius contingit differentiam eſſe: ut animal aut ſubſtantiam palam quoniam non diffiniuit: nullius enim differentia que dicta ſunt. Uidẽdum autem ⁊ ſi eſt aliquid quod ediuerſo diuiditur dicta differentia. nam ſi non eſt palam quoniaꝫ nõ erit que dicta eſt generis differentia. nõ omne genuſ his que e diuerſo diuiduntur differentiis diuidiť velut animal ⁊ greſſibili ⁊ volatili ⁊ bipedi. aut ſi eſt quidem e diuerſo diuerſa differentia. non eſt autem vera de genere: palam enim quoniaꝫ neutra erit generis differentia. oẽs eniꝫ que e diuerſo diuiduntur differentie uere ſũt de proprio genere. Similiter autem ⁊ ſi uera quideꝫ eſt non facit autem appoſita generi ſpeciẽ: palã enim quoniam non erit hic ſpecifica generis differentia. nam omnis ſpecifica differentia cum genere facit ſpecem: ſi autem hoc non ẽ differẽtia nec que dicta eſt: quia ea e diuerſo diuiditur: amplius ſi negatione diuidiť gen⁹ uelut qui lineam diffiniũt longitudine ſine latitudine eſſe: nihil eni aliud ſignificat q̃ quoniam non habet latitudinem. accidet genus participare ſpeciem. nam omne ſine latitudine aut latitudinem habens eſt. nam de omni aut affirmatio: aut negatio uera eſt: q̃re ⁊ genus linee longitudo ſine latitudine: aut latitudinem habẽs eſt. longitudo auteꝫ ſine latitudine ſpeciei ẽ ratio: quare genus ſuſcipiet ſpeciei rationem. Similiter autem ⁊ differre eo ꝙ altera dictarum differentiarũ ex neceſſitate ꝑdicať de genere. eſt aũt dict⁹ locus vtilis ad eos qui ponũt formas eſſe. Nam ſi eſt eadem longitudo quodammodo predicabiť de genere quoniam latitudinem habet: aut ſine



UVA. BHSC. IyR_048_1

latitudine eſt: oportet eniȝ de oī longitudine alterū eorum verum eſſe. Si quideȝ de genere uerum eſſe debeat: hoc autem non accidit ſunt enim ⁊ ſine latitudine ⁊ latitudinem habentes longitudineȝ: quare ad illos ſolos vtilis hic locus quicūqȝ genus vnū numero dictum eſſe. hic autem faciunt qui formas ſolas ponunt: nam eandē longitudinem ⁊ ideȝ animal genus dictum eſſe. Fortaſſe aūt in quibuſdam neceſſarium eſt negatōne uti diffinientem ut in priuationib⁹: nam cecū eſt qd̄ nō habȝ uiſum qum natū eſt habere. Differt autem nihil negatione diuidere genus: aut huiuſmodi affirmatione q̄ negatione neceſſe ē e diuerſo diuidi: ut ſi longitudinem habens latitudinem diffiniuit: nam habenti latitudinem e diuerſo diuiditur aliud autē nihil: q̄re negatione rurſus diuiditur genus.

Cap. viii.

Rurſum ſi ſpeciem ut differentiam aſſignauit uelut qui fraudem iniuriam cum illuſione diffiniuit: naȝ illuſio iniuria quedam: quare nō differentia: ſed ſpecies eſt illuſio. Amplius ſi genus ut differentiam dixit: ut uirtutē habitū bonū uel ſtudioſum. nam bonū genus eſt virtus: aut non genus eſt bonum: ſed differentia ſi quidē verum non contingit idem in duob⁹ generibus eſſe nō contingentib⁹ ſe inuicem: nā neqȝ bonum continet habitum: nec habitus bonum: nō enim omnis habit⁹ bonū: neqȝ omne bonū habitus: quare non erūt genera ambo. Quoniam ergo habitus gen⁹ virtutis: palaȝ quoniā bonū non genus ſed magis differentia. amplius habitus quidem qd eſt ſignificat virtus bonū autem nō quid eſt ſed quale: videtur autem differentia quale quid ſignificare. Videndū autem ⁊ ſi non quale quid ſed hoc quid ſignificat aſſignata differētia: videt̄ eniȝ quale quidē oīs differentia ſignificare. Intendendū aūt ⁊ ſi differentia diffinitio ſcȝ accidens ineſt: nulla enim differentia eorum eſt que ſm̄ accidens inſunt ſicut nec gen⁹ non enim ꝯtingit differentiam ineſſe alicui ⁊ non ineſſe. amplius ſi predicatur de genere differētia vel ſpecies aut inferius aliqd ſpecie nō erit diffiniens: nullum enī eorum q̄ dicta ſūt contingit de genere p̄dicari eo ꝙ gen⁹ ampliſſime omnium dicit̄. Rurſum ſi predicatur genus de differentia. nō enim de differentia: ſȝ de quib⁹ differentia gen⁹ videt̄ predicari: ut animal de homine ⁊ boue ⁊ aliis greſſibilib⁹ animalibus non de ea differentia que de ſpecie dicitur. Nā ſi ſm̄ vnāquanqȝ differentiarum animal p̄dicaret̄: multa animalia de ſpecie predicarentur: nam differentie de ſpē predicantur. Amplius differentie omēs: aut ſpecies: aut idiuidua erūt ſi quidem ſunt animalia: nam vnūquodqȝ animaliū: aut ſpecies ē aut indiuiduum. Similiter aūt perficienduȝ ⁊ ſi ſpecies: aut inferiorū aliquid de differentia predicat̄. Impoſſibile enim eo ꝙ ampli⁹ differentia q̄ ſpecies dicitur. amplius accidet differentiam ſpeciem eſſe ſi quidem predicabitur de ea aliqua ſpecierū. nam ſi predicatur homo palam quoniam aliqua differentia homo eſt. Rurſum ſi non prior eſt differentia ſpecie. Nam poſteriorem quidem genere: ſpecie autem priorem differentiam oportet eſſe. Conſiderandum autem ⁊ ſi diuerſi generis eſt dicta differentia: neqȝ contenti: neqȝ continentis. Non videtur enim eadem differentia duum generum eſſe non continentiuȝ ſe inuicem. Si aūt nō accidet ⁊ ſpēm eandem in duobus generib⁹ eſſe non ꝯtinentibus ſe inuicē. infert. n. vnāquanque differentiaꝝ ꝓpriū genus: velut greſſibile ⁊ bipes animal iferūt: quare de quo differentia ⁊ geneꝝ vtrunqȝ: palā ergo quoniā ſpecies in duobus generibus nō cōtinētibus ſe inuicem. Aut non impoſſibile eandem differētiam duū generum eſſe nō cōtinētiū ſe iuiceȝ ſed addendū neqȝ vtriuſqȝ ſub eodē exiſtentis: nā greſſibile animal atqȝ volatile animal genera ſunt non continentium ſe inuicem: ⁊ utrinſqȝ eoꝝ eſt bipes differentia: quare addendū quoniā neqȝ ſub eodē utriuſqȝ exiſtentis. nā hoc ābo ſub animali ſunt. Palam auteȝ quoniā nō neceſſe eſt differentiaȝ oēȝ ꝓprium genus inferre eo ꝙ cōtingit eandeȝ duum generum eē non continentium ſe inuicē. ſed alteꝝ tātū neceſſe ē iferre ⁊ ſuperiora hec omnia: ut bipes greſſibile uel uolatile infert animal.

Capi. ix.

Videndū autē ⁊ ſi in aliquo differentiā aſſignauit ſubſtantie: non videt̄ enī differre ſubſtantia a ſubſtantia i eo ꝙ vbi ē quare ⁊ eos qui i greſſibili ⁊ uolatili diuidunt aīal icrepāt: uelut greſſibile et aquatile vbi ſignificet. Aut in his quidem n̄ recte icrepant: nō. n. i aliquo neqȝ vbi ſignificat aquatile ſȝ quale quid: nā et ſi i ſicco ſit ſimiliter aquatile ē. Similiter autem et terreſtre ⁊ ſi in humido ſit terreſtre ſed non aquatile erit: attamē ſi qn̄ ſignificat i aliquo differentiā palam quoniam peccans erit: rurſum ſi differētiaȝ paſſionē aſſignauit. Omnis. n. paſſio magis facta abiicit a ſubſtantia: differentia aūt nō huiuſmodi. naȝ magis ſaluare videt̄ differentia cuius ē differentia: et ſimpliciter ipoſſibile eſt eſſe ſingulum ſine propria differentia. naȝ cū nō ē differentia greſſibile nō erit hō. Simpliciter autem dicēdū ſm̄ que alterat̄ habens nihil hoꝝ differētia

UVA. BHSC. IyR_048_1

illius: oia eniꝫ huiuſmodi cū magis fiūt abij
ciūt a ſubſtantia: quare ſi aliqua huiuſmodi
differentiam aſſignauit peccauit: ſimpliciter
eni nō alteramur ſm differentias ſpecificas.

### Capitulū.x.

Et ſi alicuius eoꝝ que ſunt ad aliquid
nō ad aliud quid differentiam aſſigna
uit. nam eoꝝ que ſūt ad aliquid ⁊ dif
ferentie ad aliquid vt in diſciplina. Specula
tiua ⁊ actiua ⁊ poetica dicitur: vnūqꝫqꝫ eoꝝ
ad aliquid ſignificat: ſpeculatiua. n. alicuius
⁊ actiua alicuius ⁊ poetica alicuius. Cōſide
randū autē ⁊ ſi ad quod natū eſt ſingulū eoꝝ
que ſūt ad aliquid aſſignauit diffiniens. naꝫ
quibuſdam quidē ad qꝺ natū eſt ſingulū eo
rum que ſunt ad aliquid ſolum eſt vti ad
aliud autem nihil vt viſum ad videndum.
Quibuſdum autem ⁊ aliud aliquid ut ſubte
lare quo hauriet aliquis: attamen ſi quis dif
finiuit ſubtelare inſtrumentū ad hauriendū
peccauit: non eni ad hoc natum ē. Diffinitio
autem eius ad quod natum eſt ad quod vt eſt
prudens ⁊ circa ſingula ꝓpria diſciplina.
Amplius ſi non primi aſſignauit quando cō
tingit ad plura dictū eſſe: ut prudentia hoīs
v̄tutē aut aīe ⁊ ñ rōnalis p̄mi. n. rōnabilis pru
dētia eſt v̄tus: nam ſm hoc ⁊ anima ⁊ hō pru
dens dicitur. Amplius ſi non ſuſceptibile eſt
cuius diſtincta paſſio uel diſpoſitio uel quid-
libet aliud peccauit. nam omnis diſpoſitio ⁊
omnis paſſio in illo nata eſt fieri cuius ē diſ-
poſitio vel paſſio: ut ⁊ ſcīētia in anima diſpoſi
tio exiſtens anime. Aliquando vo peccant in
talibus: ut quicunqꝫ dicūt quoniam ſomnus
eſt impotentia ſenſus: ⁊ dubitatio equalitas
ꝯtraria ꝝ rōcinationum: ⁊ dolor diſtantia na
turaliū partiū cum vi: nam neqꝫ ſomnus inē
ſenſui: oporteret autem ſi impotentia ſenſus
eſſet. Similiter autem neqꝫ dubitatio cōtra-
riis ratiocinationibus neqꝫ dolor naturalibꝰ
partibus ineſt: dolebūt enim inanimata ſi do
lor eis ineſt. Talis autem ⁊ ſanitatis diffini-
tio ſi eſt mediocritas calidoꝝ ⁊ frigidorū: ne
ceſſe eſt enim ſana eſſe calida ⁊ frigida: nam
ſinguloꝝ mediocritas in illis eſt quoꝝ ē me-
diocritas: quare ſanitas inerit eis. Amplius
hoc qꝺ fit in effectiuū aut econtrario accidit
ponere ſic diffinientibus: non. n. dolor diſtan
tia naturaliū partium ſed effectiuū doloris:
nec in impotentia ſenſus ſomnus ſed effecti
uū alterum alterius: aut enim ꝓpter impotē
tiam dormiemus: aut ꝓpter ſomnum impo-
tentes ſumus. ſimiliter autē ⁊ dubitatiōis vi
debitur effectiuū eſſe contrariarū equalitas
ratiocinationū. Quando enim in vnaquaqꝫ
rōcinantibꝰ nob ſimiliter omnia videntur ſm
vtrūqꝫ fieri dubitamus vtrum agamus.

### Capitulū.xi.

Amplius ſm tempora omnia conſide
randū ſic vbi diſſonat: ut ſi immortale
diffiniuit animal nūc incorruptibile eē
naꝫ nūc incorruptibile animal nūc īmortale
erit. aut nihil quidem non accidit peccatum:
dubium enim eſt nūc incorruptibile eſſe: aut
enim quoniam non corrūpitur nūc ſignificat
Aut quoniam non poſſibile corrumpi nunc
aut quoniam huiuſmodi eſt nunc vt nūquaꝫ
corrūpi. Quando enim dicimus quoniaꝫ in
corruptibile nunc eſt animal non hoc dicimꝰ
quoniam tunc tale eſt animal ſed ut nunquā
corrumpi hoc antem immortali idem erat:
quare non accidit nunc idem immortale eſſe
ſed tamen ſicubi accidit quidem ſm diffiniti
onem quidem aſſignatum eſt ineſſe nūc vel
prius quod ſm nomen non ineſſe nō erit idē
vtendum ergo loco hoc quēadmoū dictuꝫ ē.

### Ca.xii.

Erſpiciendū aūt ⁊ ſi ſm aliud quid
magis dicitur qꝺ diffinit̄ ꝙ̄ ſm aſſi
gnatā rationē: vt ſi iuſticia potētia equi diſtri
butiua ē. iuſtus. n. magis q eligit equū diſtri
buere eo qui poteſt: quare nō erit iuſticia po
tentia equi diſtributiua: nā ⁊ iuſtus eſſet qui
poſſet equū diſtribuere. Amplius ſi res qui-
dē ſuſcipit magis qꝺ aūt ſm diffinitionē aſſi
gnat̄ nō ſuſcipit: aut ecōtrario qꝺ ſm diffini-
tionē aſſignatur ſuſcipit res: aut nō: oportet
enim aut utraqꝫ ſuſcipere: aut neutruꝫ ſiqui
dem idem eſt quod ſm diffinitionē aſſignat̄
rei. Amplius ſi ſuſcipiūt quidem utraqꝫ ma
gis non ſimul: aut augmētum vtraqꝫ ſumūt
vt ſi amor concupiſcentia coitus eſt: nam ma
gis amans non magis concupiſcit coitum:
quare non ſimul vtraqꝫ non ſuſcipiunt ma-
gis: oporteret autem ſi idem eſſet. Amplius
ſi duobus aliquibꝰ propoſitis de quo res ma
gis dicitur hoc ſecundum diffinitionem mi-
nus dicitur: ut ſi ignis eſt corpus ſubtiliſſi-
mū: ignis. n. magis flamma ꝙ̄ lux: corpus āt
ſubtiliſſimum minus flamma ꝙ̄ lux oportet
autem vtraqꝫ magis eidem ineſſe ſi eadem
eſſēt rurſum ſi hoc quidem ſimiliter vtriſqꝫ
ineſt propoſitis. illud autē non ſimiliter utriſ
qꝫ ſed alteri magis.

### Cap.xiii.

Amplius ſi ad duo diffinitionem aſ
ſignauerit ſecundum alterutrum: ut
bonum quod per uiſum aut per au-
ditum delectabile ⁊ ens quod poſſibile ē pa-
ti aut facere. Similiter enim idem ⁊ bonum
⁊ nō bonū ē. ſimiliter autem ⁊ ens ⁊ non ens
naꝫ per auditū delectabile idē bono erit qua
re qꝺ nō delectabile eſt per auditū nō bono
idem. nam eiſdem ⁊ oppoſita eadeꝫ erūt: op
ponitur autem bono quidem non bonuꝫ per

UVA. BHSC. IyR_048_1

auditum autem delectabiliter per auditū nō
delectabile. Palam ergo quoniam idem non
delectabile per auditum nō bono: ſi ergo ali-
quid eſt per viſum quidem delectabile per
auditum autem non ⁊ bonum ⁊ non bonū
erit. ſimiliter autem oſtendemus ⁊ quoniam
idem ens ⁊ non ens. Ca. xiiii.

Amplius ⁊ in generibus ⁊ in differen
tiis ⁊ in aliis omnibus que in diffiniti
one ſunt aſſignatis eos qui diffinitio
nes ꝓnominibus faciūt conſiderare ſi quid
diſſonat. Si autem ſit ad aliquid qḋ diffinit̄
aut per ſe aut ſm genus. Conſiderandum ſi
non dictū eſt in diffinitione ad qḋ dicitur aut
ipm̄ aut ſm genus: ut ſi ſciam diffiniuit opi-
nionem ratā: aut voluptatē appetitū ſine tri-
ſticia. omnis enī ad aliquid ſubſtantia ad al-
teꝝ eo ꝙ idem fuit vnicuiqꝫ eoꝝ que ſunt ad
aliquid eſſe ad aliquid quodāmodo ſe habe-
re. Oportebat ergo ſcientiā dicere opinionē
ſcibilis ⁊ voluptatē appetitū boni. ſimilit̄ au
tem ⁊ ſi gramaticā diffiniuit ſcientiā litteraꝝ
oꝫ enim aut ad qḋ ipſum dr̄ aut ad quod ge-
nus in diffinitione aſſignari. Aut ſi alicuius
ad aliquid dicti non ad finē aſſignauit: finis
autem in vno quoqꝫ eſt qḋ optimū aut cuius
gratia alia. dicendū ergo aut optimū aut vlti
mū aut concupiſcentia nō delectabilis ſed de
lectationis. nā ꝓpter hanc ⁊ delectabile eli-
gimus. Conſiderandū aūt ⁊ ſi generatio eſt
ad quā aſſignauit vel actus: nihil. n. talium fi
nis: nā magis egiſſe ⁊ generaſſe finis ꝙ̄ fieri
⁊ agere: aut non in oībus verū huiuſmōi: pe-
ne enī plurimi delectari magis volūt ꝙ̄ quie
uiſſe delectari: quare agere magis finē faciet
ꝙ̄ egiſſe. Ruſū in quibuſdā ſi non determīa
uit qualis uel quanti uel vbi uel ſm alias dif
ferentias: ut ambitioſus qualis ⁊ quanti ap
petens ē honoris: nā oēs appetūt honorem:
quare nō ſufficit ambitioſuꝫ dicere qui appe
tit honorem ſed addendū dictaſ differētias.
Siliter āt ⁊ auarus quantas appetit pecuni
as: aut luxurioſus circa quales voluptates:
non. n. qui a qualibet voluptate retinetur lu
xurioſus dicitur ſed qui circa aliquas. Aut
rurſum ſi diffiniuit noctē vmbrā terre: aut ſiſ
mon motū terre: aut nubē denſitatē aeriſ aut
ventū motum aeris: addendū. n. quanti uel
qualis aut vbi ⁊ a quo: ſimiliter aūt ⁊ in aliis
talibus relinquens differentiā quālibet non
indicat quid eſt eſſe. oportet auteꝫ ſemper ad
indigenſ conari. non. n. quolibet modo terra
mota neqꝫ quantacunqꝫ ſiſmon erit. Simili
ter autem neque aere quolibet modo neque
quantoque motu aeris ventus erit. Ampli
us in appetitibus ſi non appoſitum eſt quod
videtur: ⁊ in quantis aliis cōuenit: vt quoniā
voluptas appetitus boni: concupiſcentia au-
tem appetitus delectationis ſed non apparē
tis boni uel delectabilis. Plerunqꝫ enim la
tet appetentes quod bonum aut delectabile
eſt: quare non neceſſariū bonum uel delecta
bile eſſe ſed apparens tantū. oportebat ergo
ſic ⁊ aſſignationem facere. Si autem aſſigna
uerit quod dictum eſt in ſpecies dicendum
eum qui ponit formas eſſe. non enim eſt for-
ma nullius apparētis: ſpecies autem ad ſpe-
ciem videtur dici: vt per ſe concupiſcentia ꝑ
ſe delectabilis ⁊ per ſe voluptas per ſe boni.
apparentis autem boni non erit per ſe volu
ptas neqꝫ apparentis delectabilis per ſe con
cupiſcētia. incōueniens enī eſt eſſe ꝑ ſe appa
rens bonū uel delectabile eſſe. Amplīꝰ ſi ſit
quidē habitꝰ diffinitio ꝯſiderandū ī illud qḋ
hꝫ ſi aūt habētis in habitū. Similiter autem
⁊ ī aliis talibus: ut ſi iuuatio ē qḋ delectatio
⁊ delectatus iuuatus. Uniuerſaliter āt dicē-
dū ī huiuſmodi diffinitiōibꝰ quodammodo
plura vno accidit determinātē diffinire: naꝫ
qui ſcientiam diffiniuit quodāmodo ⁊ igno
rantiā diffiniuit. Similiter aūt ⁊ ſciū ⁊ neſci
um ⁊ ſcire ⁊ ignorare: nā primo palā facto ⁊
reliqua quodāmō palā fiūt. perſpiciēdū ḡ in
oībus talibus ne quid diſſonet ei qui elemen
tis vtitur ex ꝯ̄riis ⁊ ꝯiugatis. Amplius ī his
que aliquid ſunt ꝯſiderandū ſi ad qḋ genus
aſſignat̄ ⁊ ſpecies quidē ad illud aſſignat̄: ut
ſi opinio ad opinatū: ⁊ quedā opinio ad qḋ
dam opinatū ⁊ ſi multiplex ad ſubmultiplex
⁊ quoddā multiplex ad quoddam ſubmulti
plex. Si autem non ſic aſſignatur palaꝫ quo
niam peccatur.

Cap. xv.

Jdendum auteꝫ ⁊ ſi oppoſiti oppo
ſita diffinitio: ut ſi dimidii que op-
poſita eſt ei que eſt duplicis: nā ſi du
plex ē quod in equali ſuperat dimidiū quod
in equali ſuperatur. Et in contrariis autem
ſimiliter. nam contrarii contraria diffinitio
erit ſm unanquāqꝫ cōplexionē ꝯtrarioꝝ: ut
ſi iuuatiuum idem ē qḋ effectiuū boni: noci-
uū effectiuū mali aut corruptiuū boni: alteꝝ
n. hoꝝ neceſſarium eſt cōtrarium eē ei quod
ex principio dictum ē. Si ergo neutrū cōtra
rium eſt ei qḋ ex principio dictum eſt palam
quoniam neutra erit earum que poſteriꝰ ſūt
aſſignare diffinitio contrarij quare neqꝫ que
ex principio aſſignata eſt diffinitio recte aſſi
gnata eſt. Quoniā aūt quedam contrariorū
priuatione alterius dicuntur: vt inequalitas
priuatio equalitatis videtur eſſe: īequalia. n.
que non ſunt equalia dicuntur. Palam quo
niam quod ſm priuationem quidem dicit̄ ꝯ̄
riū neceſſariū diffiniri ꝑ alteꝝ: reliquū vō n̄
iā oꝫ per id qḋ ſm ꝓ̄uationē dicit̄ diffiniri:
nō. n. contigit alterutꝝ ꝑ alterutꝝ cognoſci

UVA. BHSC. IyR_048_1

Conſiderandū ergo in cōtrariis huiuſmodi peccatū: ut ſi quis diffiniuit equalitatē ↄtrariū inequalitati: nā per hoc ꝙ ſm priuationē dr̄ diffinit̄. Amplius ſic diffinientē neceſſe ē eo qḋ diffinit̄ vti. palā aūt hoc ſi accipiat̄ ꝑ noīe diffinitio: nāqꝫ inequalitas nihil differt ⁊ priuatio equalitatis: quare eodē erit vſus. Si aūt neutrū ↄtrariū ſm priuationē dicitur aſſignetur autē rō ſimiliter vt bonū contrarium malo. palam. n. quoniā ↄtrariū malū bono erit. nam ſic ↄtrariorum ſimiliter rō aſſignanda: quare rurſum eodē qḋ diffinitur accidit vti. ineſt. n. i mali rōne bonū quare quoniam bonum eſt malo ↄtrariū: malum autez nihil differt uel bono ↄtrariū erit bonū ↄ̄riū boni ↄ̄rio. palā ergo quoniā eodem vſus eſt

Capitulum. xvi.

Amplius ſi qḋ ſm priuationem ſequit̄ nō aſſignauit cuius eſt ꝑuatio: vt habitus aut ↄtrarij ſi horum ē priuatio: ⁊ ſi non in quo natuꝫ eſt fieri: uel ſimpliciter uel in quo primū natū ē fieri: ut ſi ignorantiā dicens ꝑuationē non ſcie priuationem dixit aut ſi non addit in quo natū eſt fieri: aut addens nō in quo primuꝫ aſſignauit: ut quoniā non in rōnabili ſed in hoīe anima: nā ſi qḋſi bet horum non faciat peccauit. ſiliter autē ⁊ ſi cecitatē non viſus priuationē in oculo dixit. Oportet. n. bene aſſignantē diffinitionē quid eſt ⁊ cui⁹ ē priuatio aſſignare ⁊ qd ē qḋ ꝑuatum eſt. Uidendum autē ⁊ ſi nō ſm ꝑuationē dictā priuationē diffiniuit ut ⁊ ignorātia videbit̄ eſſe huiuſmodi peccatū his q nō ſm negationem ignorantiā dicunt. nam qḋ non habet ſciam non videt̄ ignorare ſed magis qui fallitur: ꝑpter quod neqꝫ inaīata neqꝫ pueros dicimus ignorare: quare non ſcḋꝫ priuationē ſcientie dicitur ignorantia.

Capitulū. xvii.

Amplius ſi ſimilibus noīs caſibus ſimiles diffinitionis caſus aptantur: ut ſi iuuatiuū eſt effectiuū ſanitatis iuuatiue effectiue ſanitatis: ⁊ iuuans efficiens ſanitatē. Conſiderandū aūt ⁊ in formā ſi aptabitur dicta diffinitio. in quibuſdā eni nō accidit: ut quēadmodū plato diffiniuit mortale addens in diffinitionibus aīalium: nam forma non erit mortalis ut per ſe hō quare non aptabitur in formā diffinitio. Simpliciter āt in quibus aptabitur effectiuū aut paſſiuum neceſſe eſt diſſonare in forma diffinitionem Impaſſibiles enim ⁊ imortales vidētur forme eſſe his qui dicūt formas eſſe: ad hos aūt et huiuſmodi rationes vtiles.

Capitulū. xviii.

Amplius ſi eoꝝ que ſm equiuocationem dicūtur vnam diffinitionē oīum aſſignauit cōem. Uniuoca enim quorum vna eſt ſm vnū nomen ratio: quare nullius eoꝝ que ſub nomine ſūt aſſignata ratio eo ꝙ ſimiliter ad omne vniuocum aptatur. paſſa eſt autem hoc ⁊ dionyſii vite diffinitio. Si quidem eſt motus generis nutribilis naturaliter aſſequens. nihil eni hoc magis animalibus ꝙ̄ plantis ineſt: vita autem non ſm vnam ſpeciem videtur dici: ſed altera quidez animalibus: altera autem plantis ineſt: ergo contingit quidem ⁊ ſm electionem ſic aſſignare diffinitionem: ut ſi vniuoca ⁊ ſm vnam ſpeciem diceretur omnis vita. Nihil autē ꝓhibet ut eum qui conſpicit equiuocationez ⁊ qui alterius velut diffinitionem aſſignare latere non propriam ſed cōmunem vtriuſque rationem aſſignare: ſed nihil minus ſi vtroli bet modo fecit peccauit. Quoniam autē quedam latent equiuocoꝝ: interroganti quidem ut vniuocis vtendum: non enim aptabitur diffinitio alterius in alterum: quare videbit̄ non diffiniri ſm modū oportet enim i omne vniuocū aptari: idē aūt diuidēti reſpōdēduꝫ Quoniā aūt quidā reſpondentiū vniuocuꝫ quidem equiuocū dicūt eſſe quādo nō aptatur ad omne aſſignata ratio: equiuocū autez uniuocū ſi ad utrunqꝫ aptatur prius confitēdum ē de talibus: aut preſyllogizanduꝫ quoniam uel equiuocum uel uniuocum vtrū fuerit: magis enim concedunt non preuidenteſ qḋ accidere ē. ſi āt non facta cōfeſſione dixerit aliquis uniuocum equiuocum eſſe eo qḋ non aptatur nihil aſſignata ratio. Cōſiderādum ſi huiuſmōi ratio aptatur ⁊ ad reliqua: palā. n. quoniā vniuocū erit reliquis. ſi autē non plures erunt diffinitiones reliquorum nam due ſm nomen rationes aptabūt̄ ad eadem que prior aſſignata eſt ⁊ poſterior. rurſum ſiquis diffiniēs aliquod eoꝝ que multipliciter dicuntur ⁊ ratio non conuenit i oīa: quoniam equiuocū quidē non dicat nomen aūt non dicat i oīa aptari: quoniā nec diffinitio. Dicendum cōtra talē quoniā nominatio ne quidē oꝫ uti que tradita eſt ⁊ que ſequitur ⁊ non mouere talia: quedā āt non dicendum ſimiliter pluribus.

Ca. xviiii.

Si aūt alicuius eoꝝ que complectūtur aſſignetur diffinitio: conſiderādum ē alicuius eoꝝ que complectūtur rationem afferenti ſi ⁊ reliqua reliqui. nā ſi nō palā quoniā nec tota totius: vt ſi diffiniuit lineam finalem rectā finē palā habentē fines cuius ſuperaddit̄ medium finib⁹ ſꝫ finalis linee ratio ē finis palā habēs fines recti oportet eſſe reliquū cuius mediū ſupaddit̄ finibus ſed infinita neqꝫ medium neqꝫ fines habet: recta autem eſt: quare nō ē reliqua reliqui diffinitio. amplius ſi cuꝫ ſit ↄpoſitū qḋ diffinit̄ diffinitio equiuoca aſſignet̄

UVA. BHSC. IyR_048_1

Diffinitio autē equicola dr̄ eſſe quāta fuerit
compoſita. tanta ⁊ in diffinitione noīa ⁊ v̄ba
fuerint: neceſſe enī in talibus ipſorū nōiuȝ ꝑ
mutationē fieri aut oīuȝ aut aliquorum eo ꝙ
nihil plura nūc q̄ꝫ ꝑus noīa dicta ſūt. Opor-
tet autē diffinientē rationem pro nominibus
aſſignare maxime quidē oībus: ſi autem nō
pluribus. ſic eniȝ ⁊ in ſimplicibus qui nomē
tranſumit nō diffiniēs erit ut ꝓ tunica veſtē
Amplius aūt maius peccatum ſi ⁊ per notio
ra noīa tranſſumptionē fecerit: ut ꝓ tunica
nigra colobium atrum: neqȝ enim diffiniuit
cum minus ſit planū: quod ſic dicitur. Con
ſiderandum ⁊ ſi ꝑmutatione noīum nō idē
iam ſignificat: ut qui contemplatiuā ſcientiā
opinionē contemplatiuā dixit: nam opinio
ſcientie non idē oporteret autem ⁊ ſi deberet
idem totum eſſe. nā contemplatiuum quidē
comune in vtriſqȝ orationibus eſt reliquum
v̄o differens. Amplius ſi alterius nominuȝ
tranſumptionē faciens nō differre: ſed gene
ris ꝑmutationē facit velut in eo qđ dictum ē
ignotius enī contēplatiua q̄ꝫ ſcientia . nā hoc
quidem genus illa autem differentia omni-
bus euidentius genus. cōmunius. n. ē: quare
non generis ſed differentie oportebat trāſū-
ptionem fieri eo ꝙ ignotior eſt. Aut hec qui-
dem ridiculoſa increpatio. nihil. n. ꝓhibȝ dif
ferentiam quidē notiſſimo nomine dici ge-
nus aūt non ſic autem ſe habentibus palam:
quoniā differre magis q̄ꝫ generis ⁊ non dif-
ferentie ſ꧀m nomen tranſumptio facienda.
Si aūt non nomen pro nomine tranſſumit ſȝ
rationem ꝓ nomine palam quoniam differē
tia magis q̄ꝫ generis diffinitio aſſignāda: eo
ꝙ notificandi cauſa diffinitio aſſignat᷑. nam
minus differentia q̄ꝫ genus notū. Si autem
differentie terminū aſſignauit ꝯſiderandum
ſi ⁊ an cuius aliꝰ cōis eſt aſſignata diffinitio:
ut cū imparem numeꝝ mediū habentem di-
xerit: nam numerus quidē cōis in vtriſqȝ ora
tionibus eſt: jmparis aūt tranſumpta eſt dif-
finitio. habent autem ⁊ linea ⁊ corpus medi
um cū non ſint imparia: quare non erit diffi-
nitio hec īpar is. Si aūt multipliciter dicitur
mediū terminandū quomodo ſe habet medi
um: quare autem increpatio erit aut ſyllogiſ-
mus quoniam non diffiniuit.

Capitulū. xx.

Urſum ſicuius quidem rationem aſſi
gnauit eorum que ſunt eſt. ꝙ autē ſub
rōne non ē eorū que ſūt: ut ſi albū diffi
niuit colorem igni permixtuȝ: impoſſibile. n.
incorporeum corpori permiſceri: quare non
erit color igni permixtus: album vero ē. Am
plius quicunqȝ non diuidunt in his que ſunt
ad aliquid ad quod dicitur. ſed in pluribꝰ cō
plectentes dicunt: aut in aliquo: aut omnino
mentiuntur: ut ſi quis medicinam diſciplinā
eius quod ē dixit. nā ſi nullus quidem eorū
que ſunt medicina eſt diſciplina. palam quo-
niam tota ratio falſa eſt. Si aūt alicuius qui
dem alicuius aūt non: non in aliquo mētitur
Oportet enim de omni ſi per ſe ⁊ non ſ꧀m ac
cidens dr̄: quēadmodū in aliis ſe hȝ que ad
aliquid ſunt. nā oē diſciplinatū ad diſciplinā
dicitur. ſimiliter autem ⁊ in aliis eo ꝙ cōuer
tuntur omnia ad aliquid. Amplius ſi his q̄
non per ſe ſed ſ꧀m accidens aſſignationeȝ fe
cit recte aſſignauit: non ad vnū ſed ad plura
ſingulū eorū que ſūt ad aliquid dicitur: nihil
n. prohibet ⁊ ens albū ⁊ bonū eſſe. Quare q
ad qđlibȝ horum aſſignauit recte aſſignauit.
ſi qs ſ꧀m accidens aſſignauit: recte aſſignauit
Ampliꝰ aūt īpoſſibile ē hꝰmōi rōnē ꝓpriā aſ
ſignanti eſſe: non enī ſola medicina ſȝ plures
aliarū diſcipliarū adeſſe dicunt᷑: q̄re vnaq̄qȝ
entis diſciplina erit: palā ergo quoniā nulliꝰ
talis diſcipline erit diffinitio. propriā. n. ⁊ n̄
cōmunē oportet diffinitionē eſſe. Quādoqȝ
aūt diffiniūt nō rem ſed rem bene ſe haben
tem aut finitā: talis aūt ⁊ rhetoris ⁊ latronis
diffinitio ſi tales ſūt: rhetor quidem qui pōt
qđ in vno quoqȝ ē veriſimile conſiderare et
nihil ꝑtermittere: latro aūt qui clā ſumit: pa-
lam aūt quoniā cū talis ē uterqȝ. hic quideȝ
bonus latro: ille aūt bonus rhetor erit: nō. n.
qui clā ſumit ſed qui vult clam ſumere latro
eſt. Rurſū ſiquod per ſe eligendum eſt ut ef
fectiuū uel operatiuū uel quolibet mō ꝑ aliđ
eligendum aſſignauit: ut qui iuſticiam legū
ſaluatricem dixit ſapientiam effectiuum be
atitudinis: nam ſaluatiuum ⁊ effectiuū eorū
que per aliud eligūtur. Aut nihil quidē pro-
hibet quod per ſe eligēdum eſt ⁊ aliud per eſ
ſe eligendū: ſed nihil minus peccauit qui ſic
diffiniuit quod per ſe eſt eligendū. Naȝ vni
uſcuiuſqȝ optimū in ſubſtantia maxime me-
lius auteȝ quod per ſe eligendū q̄ꝫ quod per
aliud quare hoc ⁊ diffinitionē oportebat ma
gis ſignificare.

Capitulo. xxi.

Onſiderandum autem ⁊ ſiquis ali-
cuiꝰ diffinitionē aſſignauit hec: aut
quod ex his aut hoc cū illo diffini-
uit. Nam ſi hoc accidit ambobus ⁊ neutro ī
eſſe: vt ſi iuſticiam temperantiam ⁊ fortitudi
nem diffinierit: nam ſi ſint duo ⁊ vterqȝ alte
rum habeat vtriqȝ iuſti erunt: ⁊ neutrū eo ꝙ
ambo quidem habent iuſticiam vterqȝ autē
non habet. Si autem nondum quod dictum
eſt hȝ īconueniēs valde eſt eo ꝙ ⁊ in aliis ac-
cidat huiuſmodi nihil prohibet ambos ha-
bere iuſticiā cū neutrū habeat. ſed tamē con
traria ineſſe eidē omnino īcōueniēs videbit᷑
eſſe. accidet autem hoc quidē temperantiā ⁊

UVA. BHSC. IyR_048_1

debilitatem habeat: ille aūt fortitudinē & luxuriam: ambo enim iuſticiam & iniuſticiam: nam ſi iuſticia temperantia & fortitudo ē: iniuſticia debilitaſ & luxuria erit. Et omnino per quecūq; ē argumentari quoniam non idem ſunt & partes & totū omnia vtilia ad hoc qđ nūc dictum eſt: videtur autem qui ſic diffinit partes toti eadem eſſe cōfiteri. Maxime aūt cōuenientiores fiūt rationes in quibus manifeſta ē partiū cōpoſitio: velut in domo & ī aliis talibus. palam enim quoniā qum ſint partes nihil ꝓhibet totū non eſſe: quare nō idē partes toti. Capitulū. xxii.

I autē nō hec ſed quod ex his ē dixit eſſe quod diffinitur. Primū quidē cōſiderandū ſi nihil natū eſt fieri ex his que dicta ſūt. quedam eni ſic ſe habent ad inuicem ut nihil ex eis vnū quid fiat: ut linea & nūer⁹. Ampli⁹ ſi diffinitū quidē ī vno aliquo natum ē primo fieri: ex quibus autem dixit ipſum eſſe non in vno nata ſunt fieri primo: ſed vtrunq; in vtroq;: palam autem quoniā non erit ex his illud. in quibus enim partes et totum neceſſe eſt ineſſe: quare non in vno totum primo ſed in pluribus. ſi autem & partes & totum in vno aliquo primo conſiderandū ſi non in eodem ſed in altero totum et in altero partes: nam in quo totū in illo et partes eſſe videntur. Rurſum ſi toti ſimul interimūtur parteſ: econtrario. n. oportet accidere partibus peremptis perimi totū: toto vo pempto non neceſſe ē et partes ꝑimi. aut ſi totum quidem bonum uel malum: parteſ autem neutrū: aut econtrario partes quidē bone uel male: totum autē neutrū: nā neq; ex neutris poſſibile bonū quid vel malum fieri neq; ex malis vel bonis neutrū. aut ſi magis quidem alterū bonū ꝙ alterum malū: quod autem ē ex his non magis bonū ꝙ malū: ut ſi ipudicitia ex fortitudine et falſa opinione. magis. n. bonū fortitudo ꝙ malū falſa opio. oporteret ergo et quod ex his eſt ſequi illud qđ magis ē et eſſe uel ſimpliciter bonum uel magis bonū ꝙ malū. Aut hoc quidē non neceſſariū niſi vtrūq; ſit per ſe bonū uel malū. Multa. n. effectiuoꝝ per ſe quidē nō ſūt bona: ꝑmixta aūt quibuſdā fiunt bona: aut ecōtrario vtrūq; quidē bonum: permixta autem mala uel neutꝝ. Maxime aūt manifeſtū in ſanatiuis & egrotatiuis: nam quedā medicamentoꝝ ſic ſe hn̄t ut vtꝝq; quidē ſit bonum. Si aūt ambo dent̄ mixta mala. Rurſū ſi qđ ex meliore peiore ē: nō eſt totū peiore quidē melius: meliore autem peiuſ. Aut nec hoc neceſſariū niſi per ſe ſint ex quibus cōponitur bona. nā in his que ꝑ ſe ſunt bona: nihil ꝓhibet totū non fieri bonum: ut in his que modo dicta ſunt. Amplius ſi vniuocū eſt totū alteri non oportet eniꝫ velut nec in ſyllogiſmis nulli enim litterarum ex quibus cōponitur ſyllaba vniuoca eſt. Amplius ſi non dixit moduꝫ compoſitionis: non enim ſufficiens eſt ad cognoſcendum dicere ex his. non enim qđ ex his eſt ſinguli ſuppoſitorū ſubſtantiam ut in domo. non eniꝫ ſi quolibet modo componantur hec domus eſt.

Capitulū. xxiii.

I autem hoc cū illo aſſignauit primū quidē dicendū: quoniā hoc cū illo aut hꝫ aut illud dr̄ aut hꝫ ex illis. Nā qui dicit mel cū aqua: uel mel & aquam dicit uel qđ ex melle & aq̄: quare ſi quilibet eoꝝ que dicta ſunt idem ꝯfitebit̄ eſſe hoc cū illo: eadē conueniet dicere que ad vtrūq; eoꝝ dicta ſūt prius. Amplius diuidenti quotiēs dr̄ alterū cū altero: conſiderandū ſi nullo mō hoc cū illo: ut ſi dr̄ alterum cum altero: aut in aliquo eodē ſuſceptibili velut iuſticia & fortitudo in aīa aut ī loco eodē: aut in tēpore eodem. nullo autem modo ſit verum quod dictū eſt in his manifeſtum quoniam nullius aſſignata diffinitio ſi nullo modo hoc cum illo eſt. Si autem diuiſo quotiēs dicitur cū altero veꝝ erit in eodē tempore vtrūq; eē: ꝯſiderādū ſi contingit non ad idem vtrūq; dici. ut ſi fortitudinem audaciā cū intellectu recto diffiniuit: ꝯtingit eni audaciā quidē habere fraudādi: rectū aūt itellectū circa ſanatiua ſed nō fortiſ qui ī eodē tēpore hoc cū illo habet. Ampliuſ ſi & ad idē ambo dicūt̄ ut ad medicinalia: nihil. n. prohibet audaciam & rectuꝫ intellectū habere ad medicinalia: ſed tamen nec ſic fortis hoc qui cū illo habet: neq;. n. ad alterum eoꝝ utrunq; oportet dici: neq; ad idē quidlibet: ſed ad fortitudinis finē: ut ad preliorūꝫ pericula: aut ſiquid magiſ huius finis. Que dā āt ſic aſſignatoꝝ nullo mō ſb dictā cadūt diuiſionē. ut ſi ira triſticia ē cū opinione deſiciendi. Nā qn̄q; ꝑꝑ huiuſmōi opinionē triſticia fit hoc uult aſſignare: ꝑpter hoc aūt fieri aliquid: non ē idē ei qđ ē hoc quidē cū illo ſm nullum dictoꝝ modoꝝ. Ca. xxiiii.

Urſum ſi hoꝝ cōpoſitionem dixit totum aūt ut anime & corporis ꝯpoſitionē aīalis. primū quidē conſiderādum ſi non dixit qualis compoſitio uelut ſi carnē diffiniēs aut os ignis aeris & terr̄ dixit cōpoſitionē. nō. n. ſufficit ꝯpoſitionē dicere ſed & qualis: & que eſt compoſitio determinādū non enim quolibet modo compoſitis his caro fit: ſed ſic quidem compoſitis caro ſic uero os. Uidetur autem neq; eſſe omnino compoſitioni idem neutrum eorum que dicta ſunt. Componi enim omni diſſolutio contraria dictorum aūt neutri nihil. Amplius ſimiliter eſt uériſimile omne compoſituꝫ

UVA. BHSC. IyR_048_1

oppoſitionem eſſe uel nullũ: aialiũ aũt ſingulũ cum ſic compoſitum non eſt cõpoſitio neque alioꝝ vllũ compoſitorũ oppoſitio erit. Rurſũ ſimiliter in aliquo nata ſunt eſſe cõtraria: diffiniuit aũt per alterutrũ. palam quoniaz nõ diffiniuit. Si aũt non plures eiuſdez accidet diffinitiones eſſe quidem. magis.n.qui per hoc ꝙ̄ qui per alterum diffiniens dixit: eo ꝙ ſimiliter vtraque nata ſunt fieri in eodez. Talis autem eſt anime diffinitio: ſi anima ẽ ſubſtantia diſcipline ſuſceptibilis: nam ſimiliter ⁊ ignorantie ẽ ſuſceptibilis.

Capitulũ.xxv.

Oportet autem ſi non ad totam habeat aliquis conari diffinitionem eo ꝙ nõ euidens ſit tota ad aliquam partium conari ſi ſit nota ⁊ non bene videatur aſſignata: nam parte interempta ⁊ tota diffinitio interimitur. Quecunqz autem obſcure ſunt diffinitionum corrigentem uel confirmãtem ad indicandum aliquid ⁊ habendũ argumẽta ſic conſiderare. Neceſſe ẽ enim respondẽti aut ſuſcipere quod ſumptum ẽ ab interrogante: aut eundem declarare quid ẽ qḋ oſtenſum eſt in diffinitione. Amplius quẽadmodum in cõuentionibus ſolent inducere legez ⁊ ſi ſit melior que inducit̃ interimit anteriorẽ ſic ⁊ in diffinitionibus faciendum ⁊ diffinitio alia ferenda. nam ſi videtur melior ꝙ̄ p̊or ⁊ magis manifeſtum eſt quod diffinitur: palam quoniam interempta erit que poſita eſt prius eo ꝙ non ſunt eiuſdem plures diffinitiones. Ad omnes v̊o diffinitiones non minimũ elementum ad ſe directe diffinire ꝓpoſitum aut bene dictam diffinitionem reſumere. Neceſſe eſt enim velut ad exemplum conſiderantem ⁊ quod minus eſt his que oportet habere diffinitionem: ⁊ quod appoſitum eſt ſuperflue inſpicere: quare argumenta magis abundare. Ergo que circa diffinitiones ſunt in tantum dicantur.

Incipit ſeptimus liber Topicorũ Ariſ.

.C.i.

Utrum autem idez aut diuerſũ ſm principaliorem eorũ qui dicti ſunt de eodez modũ. dicebatur eni p̃ncipaliter idem ꝙ numero vnũ conſiderandum ex caſibus ⁊ cõiugatis ⁊ oppoſitis. naz ſi iuſticia idem eſt fortitudini ⁊ iuſtus forti ⁊ iuſte fortiter. Similiter autem ⁊ oppoſitis: naz ſi hec eadẽ ⁊ oppoſita hiſ eadem ſm quãlibet dictarum oppoſitionũ. nihil.n. differt hoc uel hoc oppoſitũ ſumere eo ꝙ eadez ſunt. Rurſũ ex effectiuis ⁊ corruptiuis ⁊ generationibus ⁊ corruptionibus ⁊ ideo ex his que ſimiliter ſe habent ad alterutrũ. nam quecunqz ſimpliciter eadem ⁊ generationes eorũ ⁊ corruptiones, eedem ⁊ effectio ⁊ corruptio.

Capitulũ.ii.

Conſiderandũ autem ⁊ quorũ alteruz maxime dr̃ quodlibet ⁊ ſi alterum ipz ſm idem maxime dicitur. Sicut xenocrates beatam vitam ⁊ ſtudioſam aſſignauit eandem eo ꝙ omniũ vitarũ maxime eligẽda ſtudioſa ⁊ beata. Unũ.n. maxime eligenduz ⁊ maximum ſimiliter ⁊ in aliis huiuſmodi. Oportet autem vtrunqz vnum numero eſſe quod dicitur maximũ ⁊ maxime eligenduz. Si aũt non non erit oſtenſum quod idem. ñ neceſſarium enim ſi fortiſſimi grecorum ſũt peloponij ⁊ lacedemonii: eoſdez eſſe peloponios ⁊ lacedemonios: eo ꝙ nõ vnus numero peloponius ⁊ lacedemoniꝰ. ſed contingit quidem alterum ab altero contineri neceſſario: ut lacedemonii ⁊ a peloponiis. Si autez non accidit ſeipſis inuicem meliores: ſi non continentur alteri ab alteris. nam omnibus reliquis ſunt meliores. Similiter autem ⁊ lacedemones neceſſe ẽ meliores eſſe peloponiis: nam ⁊ iſti oibus ſũt meliores: quare ſeinuicẽ meliores fiunt: manifeſtũ ergo: quoniã vnũ numero oportet eſſe qḋ optimũ ⁊ maximũ dicit̃. ſi dz idem oſtendi: propter quod ⁊ xenocrates non aſſignauit: non enim numero beata ⁊ ſtudioſa vita: quare non neceſſarium eandem eẽ: eo ꝙ ambe maxime eligende ſed altera ab altera continet̃.

Ca.iii.

Rurſum conſiderandũ ſicui alteruz ⁊ alterum. nam ſi non ſunt ambo eidem eadẽ palã quoniã nec ſibi inuicẽ ſunt eadem. Amplius ex his que ſibi accidunt conſiderandũ: nam quecunqz alteri accidunt ⁊ alteri oportet accidere: ⁊ quibus alterum eorũ accidit ⁊ alterum oportet accide

UVA. BHSC. IyR_048_1

re. ſi autem aliquid boꝛuꝫ diſſonet. palã quo
niam non eadem. Uidendum autem ⁊ ſi nõ
in vno genere predicamenti vtrũqꝫ ſed hoc
quidem quale. illud autem quantum uel ad
aliquid indicere. Ruſum ſi genus vtriuſqꝫ
non idem. ſed hoc quidem bonum illud aũt
malum: aut hoc quidem virtus. illud autem
ſcia. Aut ſi genus quidem idem: differentie
autem non eedem de vtroqꝫ predicant̃ ſed õ
hoc quidem quoniam contemplatiua ſciẽtia
de illo autem quoniam actiua. ſimiliter autẽ
⁊ in aliis. Amplius autem ex magis ſi hoc q
dem ſuſcipit magis illud autem non. Aut ſi
ambo ſuſcipiunt quidem ſed non ſimul. ve
lut qui magis amat nõ magis concupiſcit co
ituꝫ: quare non idem amoꝛ ⁊ concupiſcentia
coitus. Amplius ex appoſitione: ſi idem ad
vtrũlibet appoſitum non facit totum idem.
Aut ſi idem ab eodem: ablato quod relinqui
tur alterum. ut ſi dupluꝫ dimidii ⁊ multiplex
dimidii idẽ dixit eſſe: ablato. n. ab vtroqꝫ di
midio reliquum idem oportet ſignificare. nã
multiplex duplum non eadẽ ſignificant. Cõ
ſiderandum autem non ſolum ſi aliquid ali
cui accidit impoſſibile eſt poſitioneꝫ. Sed ſi
poſſibile ex hypotheſi fieri velut is qui vacu
uꝫ ⁊ plenum aere idem dicunt. palam enim
quoniam ſi exeat aer vacuũ non minus ſed
magis erit. plenum autem aere nõ ideo erit
quar̃ poſito aliquo ſiue uero ſiue falſo: nihil
enim differt ſi alterum quidem interimat̃ al
terũ autem non: quare non idem. Uniuerſa
liter auteꝫ dicẽdũ ex his que quolibet modo
de vtroqꝫ p̃dicant̃: ⁊ de quibus hoc p̃dican
tur: cõſiderãdũ ſi alicui diſſonet. Nã quecũ
qꝫ de altero p̃dicat̃ ⁊ de altero oportet ⁊ de
quibus alteꝝ predicat̃ alteꝝ predicari opoꝛ
tet. Amplius quoniam multipliciter eadem
dicunt̃: cõſiderãdũ ſi ſm aliũ aliquẽ modũ
eadem ſunt: nam ſpecie uel genere eadeꝫ nõ
neceſſe numero eadem eſſe. Conſiderandũ
autem vtrum ſic uel nõ ſic eadem. Amplius
ſi poſt alterum ſine altero eſſe: non eniꝫ erit
idem. Ergo ad idem loci tanti dicunt̃. Palã
autem ex his que dicta ſũt quoniam omnes
ad idem ſunt deſtructiui loci ⁊ ad diffinitio
nes vtiles ſunt quẽadmoduꝫ dictum eſt. nã
ſi non idem indicet ⁊ nomen ⁊ diffinitio: pa
lam quoniã non erit diffinitionis aſſignata
ratio. Conſtructiuoꝛum autem locoꝛũ ⁊ ter
minãtium idem nullus vtilis ad diffinitiõeꝫ
Nõ eniꝫ ſufficit oſtendere ⁊ idem quod ſub
ratione ⁊ nomine eſt ad conſtruendum. quo
niaꝫ diffinitio ſed ad alia oportet omnia ha
bere: que annunciata ſunt ad diffinitionem
Interimere ergo diffinitioneꝫ ſic ⁊ per hoc
ſepe tentandum.

Capitulum. iiii.

I autem conſtruere volumus. p̃
mum quidem ſcire opoꝛtet: quoni
am nullus uel pauci diſputantiuꝫ
diffinitionem ſyllogiʒant: ſed omnes princi
pium quod tale eſt accipiunt qui circa geo
metriam uel numeros uel alias diſciplinas
huiuſmodi. Deinde ſubtilitatem quidem al
terius negocii eſt aſſignare: ⁊ quid diffinitio
eſt ⁊ quõ diffinire oportet. Utrum autẽ quã
tum ſufficit ad preſentem vtilitatem tãtum
modo dicendum: quoniam poſſibile eſt fieri
diffinitionem ⁊ eius quod quid eſt eſſe ſyllo
giſmum. Nam ſi diffinitio eſt oꝛatio: que q̄d
eſt eſſe rei ſignificat ⁊ oportet ea que in diffi
nitionẽ ponunt̃ in eo qõ q̄d eſt de re ſola pꝛe
dicari. predicantur in eo quod quid de re ge
nera ⁊ differentie. Manifeſtum quoniam ſi
quis ſumat ea que tantum de re in eo quod
quid eſt predicantur quoniam ratio hoc ha
bens diffinitio ex neceſſitate erit. Non eniꝫ
contingit diffinitionem eſſe aliud q̃ rem eo
ꝙ nihil aliud in eo quod quid eſt de re predi
catur. Quoniam ergo contingit ex diffinitio
ne ſyllogiſmum fieri manifeſtum. Ex quibuſ
autem oportet conſtruere determinatum eſt
quidem in aliis ſubtilius. ad propoſitam au
tem methodum idem loci vtiles.

Capitulũ. v.

Exſpiciendum ergo in contrariis
⁊ in aliis oppoſitis ⁊ totas rõnes
⁊ particulariter conſiderãti. naꝫ ſi
oppoſita oppoſite ſpeciei ⁊ eam que dicta eſt
propoſite neceſſe eſt eſſe: quoniam contrari
orum. plures auteꝫ complexiones ſumende
ſunt contrarioruꝫ: cuius maxime apparebit
contraria diffinitio. ergo totas quidem diffi
nitiones: quemadmodum dictum eſt conſi
derandum. Particulariter autẽ hoc modo.
Prima quidem quoniam aſſignatum genus
recte aſſignatum eſt. Nam ſi contrarium in
contrario: propoſitum autem non in eodem
palam quoniam in contrario erit: eo ꝙ neceſ
ſe eſt contraria in eodem genere uel in con
trariis generibus eſſe. Et differentias auteꝫ
contrarias de contrariis probamus predica
ri velut ⁊ albo ⁊ nigro. nam hoc quidem diſ
gregatiuum: illud autem congregatiuũ: qua
re ſi de contrario contrarie predicantur de
propoſito que aſſignate ſunt predicabitur:
quare quoniam ⁊ genus ⁊ differentie recte
aſſignate ſunt palam quoniam diffinitio erit
que aſſignata eſt. Aut non neceſſariuꝫ eſt de
contrariis contrarias differentias predicari
niſi in eodem genere ſint contraria: quoꝛum
autem genera ſunt contraria nihil prohibet
eandem differentiam de vtriſqꝫ dici ut de in

m

UVA. BHSC. IyR_048_1

ſticia ⁊ iniuſticia. Nam hoc quidem virtus
illa autem vitium anime: quare anime diffe-
rentia in vtriſqz dicitur eo ꝙ corporis eſt vir
tus ⁊ vitium: ergo hoc verum: quoniam con
trariorum aut contrarie aut eedem differen
tie ſunt. Si ergo de contrario contraria pre
dicantur: de hoc autem non palam quoniam
que dicta eſt de hoc predicabitur. Vniuerſa
liter autem dicendum ſi diffinitio eſt ex ge-
nere ⁊ differentiis ſi ſit cōtrarii diffinitio ma
nifeſta ⁊ propoſiti erit diffinitio manifeſta.
Non contrarium in eodem genere uel in cō
trario. Similiter autem ⁊ differentie aut cō
trarie aut de contrariis aut eedem predicā-
tur: palam quoniam de propoſito ut idez ge
nus predicabitur quidez de contrario. diffe
rentie autez contrarie uel omnes uel alique
relique autem eedem: aut econtrario differē
tie eedem. genera vero contraria: aut ambo
contraria genera ⁊ differentie. nam ambo ea
dem eſſe non contingit. Si autem non: diffi
nitio eadem contrariorum erit.

Capitulum. vi.

Amplius ex caſibus ⁊ coniugatis
neceſſe eſt enim conſequentia ge
nera generibus ⁊ diffinitiōes dif-
finitionibus. ut ſi obliuio eſt ſcientie amiſſio
⁊ obliuiſci ſcientiam amittere: ⁊ oblituz eſſe
amiſiſſe ſcientiam: vno ergo quolibet eorum
que dicta ſunt cōceſſo: neceſſe eſt reliqua cō-
cedere. Similiter autez ⁊ ſi corruptio eſt diſ
ſolutio ſubſtantie ⁊ corrumpere diſſoluere
ſubſtantiam ⁊ corruptiue diſſolutiue. Si cor
ruptiuuz diſſolutiuū ſubſtantie: ⁊ corruptio
diſſolutio ſubſtantie: ſimiliter ⁊ in aliis. quare
in vno quolibet ſumpto ⁊ reliqua omnia cō
ceduntur. Ex ſimilibus ſe habentibus inui-
cem. nā ſi ſalubre effectiuum ſanitatis ⁊ eue-
chiuū effectiuū euechiui erit: ⁊ iuuatiuū effe
ctiuū boni. Nam ſimiliter vnumqdqz eorū
que dicta ſunt ad proprium finem ſe habent
quare ſi vnus eorum diffinitio eſt effectiuuz
eſſe finis ⁊ reliquū: ſic erit diffinitio ſinguli.

Capitulum. vii.

Amplius ex magis ⁊ ſimiliter quo
tiens contingit conſtruere duo ad
duo comparantem ut ſi magis hoc illius ꝙ̄
hoc illius diffinitio. hec minus diffinitio eſt
⁊ hoc magis ⁊ hoc ſimiliter illius. Si alte-
ra alteri ⁊ reliqua relique. Vna autem diffi-
nitione ad duas comparata. aut duabus diffi
nitionibus ad vnam: nihil valet que ex ma-
gis conſideratio. nam neqz vna duarum: ne
qz duas eiuſdem diffinitiones poſſibile ē eē

Sunt autē ⁊ opportuniſſimi locorum qui dicti
ſunt ⁊ q ex caſibus · ⁊ qui ex cōiugatis. Qua
re oportet maxime continere ⁊ promptos ha
bere hos: vtiliſſimi enim ad plura. ⁊ aliorum
autem eos qui maxime ſunt cōmunes. nam
iſti maxime reliquorum operatiui: ut inſpice
re in ſingularibus ⁊ ſpeciebus cōſiderare ſi
conueniat diffinitio: eo ꝙ vniuoca eſt ſpeci-
es. Eſt hic autem locus vtilis ad eos qui po
nunt formas eſſe: ſicut prius dictum eſt. Am
plius ſi transferens dixit nomen aut ſi idem
de eodem predicauit ut diuerſum ⁊ ſiquis ali
us communis ⁊ comparatiuus locorum.

Capitulum. viii.

Quoniam autem difficilius eſt con
ſtruere ꝙ̄ deſtruere diffinitionem
ex his, que poſt hec dicuntur ma-
nifeſtum. Nam noſſe eam ⁊ ſumere ab inter
rogantibus huiuſmodi propoſitiones nō ſa-
tis facile: ut quoniam eorum que ſunt in aſſi
gnata diffinitione hoc quidem eſt genus: id
vero differentia. Et quoniam in eo quod qd
eſt genus tantum ⁊ differentie predicantur
ſine his impoſſibile eſt fieri ſyllogiſmum. nā
ſi quedam ⁊ alia in eo quod quid eſt de re ꝑ-
dicantur. incertum vtrum que dicta eſt: aut
alia eius diffinitio eſt eo ꝙ diffinitio eſt ora-
tio quid eſt eſſe ſignificans. Palam ⁊ ex his
facilius enim vnum concludere ꝙ̄ plura. er
go ⁊ interimenti quidem ſufficit ad vnum
argumentari. vnde enim quidlibet deſtruen-
tes interimentes erimus diffinitiones. Con
ſtruenti autem omnia neceſſe eſt conuenire
quoniaz inſunt que in diffinitione ſunt. Am
plius conſtruenti vniuerſaliter conſtruen-
dum ſyllogiſmum: oportet de omni de quo
nomen rationez predicari. Amplius ad hoc
conuerti de quo rationem ⁊ nomen: ſi debe-
at eſſe propria aſſignata diffinitio. deſtruen-
ti vero non neceſſe eſt vniuerſaliter. ſufficit
enim oſtendere quoniam non vera erit de a-
liquo eorum que ſunt ſub nomine diffinitio
⁊ ſi oporteat vniuerſaliter deſtruere. nunc au
tem quoniam conuerti neceſſarium ⁊ in de-
ſtruendo. ſufficit enim deſtruenti vniuerſa-
le oſtendere. quoniam de nullo de quibus no
men predicatur ratio predicatur. econtrario
vero non neceſſarium ad oſtendendum quo
niam de quibus non predicatur ratio nomē
non predicatur. Amplius ſi ⁊ omni ineſt qd
ſub nomine eſt: non ſoli autem interempta
ſit diffinitio. Similiter autem ⁊ circa propri
um ⁊ genus ſe habet: in vtriſque enim de-
ſtruere quam conſtruere facilius. Ergo
de proprio quidem manifeſtum eſt ex

UVA. BHSC. IyR_048_1

his que dicta ſunt: naʒ ut in pluribus ⁊ in cōplexione quidem propriuʒ aſſignatur. Quare deſtruere quidem vnum eſt interimenti. Conſtruenti vero omnia ſyllogizare neceſſe eſt: pene autem ⁊ reliqua omnia quecūqʒ ad diffinitiōem ⁊ ad proprium contingit dici. Nam ⁊ omni oportet quod ſub nomine eſt conſtruentem monſtrare quoniam ineſt. Deſtruenti autem ſufficit oſtendere vni non ineſſe. Si uero ⁊ omni ineſt: non ſoli autem ⁊ ſic deſtructū ſit: ſicut ⁊ in diffinitione dicebatur. De genere autem quoniam cōſtruere quid eſt neceſſe eſt: vno modo omni oſtendēti ineſſe: deſtruenti aūt dupliciter: nam ſiue nulli ſiue alicui oſtenſum ſit nō ineſſe interemptum eſt quod in principio eſt. Amplius quideʒ conſtruenti non ſufficit quoniā ineſt oſtendere: ſed quoniā ut genus ineſt oſtēdēdum. deſtruenti autem ſufficit oſtendere nō ineſſe: uel alicui uel non omni. videtur auteʒ quemadmodū ⁊ in aliis corrumpere ꝙ facere facilius ſic ⁊ in his deſtruere ꝙ conſtruere. In accidente vero vniuerſale facilius deſtruere ꝙ conſtruere: nam conſtruenti quidē oſtendere quoniam omni: deſtruenti autem ſufficit vni oſtendere non ineſſe. Particulari uero econtrario: facilius conſtruere ꝙ deſtruere. Nam conſtruenti quideʒ ſufficit oñdere alicui ineſſe: deſtruenti oſtēdendū quoniam nulli ineſt.

## Capitulum. ix.

Aniſeſtum autem ⁊ quoniam omniū facilius diffinitiōem deſtruer̄ plurima enim ſunt in ea aſſignata pluriū que dicta ſūt. ex pluribus autem citi⁹ fit ſyllogiſmus. Veriſimile aūt in multis magis ꝙ in paucis peccatum fieri. Amplius ad diffinitiōem quidē contingit ⁊ per alia argumentari: ſiue enim non propria ſit diffinitio ſiue nō genus qđ aſſignatuʒ eſt: ſiue nō ineſt aliquid coꝝ que ſunt in diffinitiōe interēpta ſit diffinitio. Ad alia autē neqʒ que ex diffinitiōibus neqʒ alia contingit oīa argumētari. Sola eni que ad accidēs cōia ſunt oīum predicatorū: ineſſe enim oportet ſingulū eorum que dicta ſunt. Si autem nō ut propriū ineſt genus nōdum interemptū eſt genus. Similiter aūt ⁊ propriū: non neceſſarium ut genus neqʒ accidēs ut genuſ aut propriū: ſed ineſſe tantū: quare nō poſſibile ex aliiſ ad alia argumentari niſi in diffinitiōe tantū. Manifeſtū quoniā facillimū oīum diffinitiōeʒ interimere. Conſtruere autem difficillimū. Nam ⁊ omnia illa oportet ſyllogizare: quoniā inſūt que dicta ſunt: ⁊ quoniā genus quod aſſignatū eſt: ⁊ quoniā propria diffinitio ē ⁊ adhuc preter hec quoniam indicat quid eſt eſſe oratio ⁊ hoc bene feciſſe. Aliorum autem propum maxime huiuſmodi: nam interimere quidem eo ꝙ ex pluribus pluriumqʒ fit: conſtruere autem difficillimū: quoniam multa oportet conuenire ⁊ ad hoc quoniam ſoli ineſt: ⁊ quoniam conuerſim predicatur de re. Facillimum autem omnium conſtruere accidens nam in aliis quidem non ſolum ineſſe: ſed ⁊ quoniam ſic inſunt oſtendendum. In accidēte vero quoniam in eſt tantum ſufficit oſtendere. Deſtruere auteʒ difficillimū accidens quoniam minima in eo data ſunt. non enim ſignificat in accidēte quomodo ieſt: quare in aliis quidē dupliciter eſt interimere uel oſtēdenti quoniam non ineſt: uel quoniam non ſic ineſt. In accidente vero non eſt interimere niſi oſtendenti quoniam non ineſt. Loci ergo per quos idonei erimus argumentari pene ſufficienter enumerati ſunt.



UVA. BHSC. IyR_048_1

Incipit liber octauus Topicorum Ariſto
telis. Pars prima de opere opponentis.

Capitulum. j.

OSt hec autem đ ordine ⁊ quo modo oportet inter-
rogare dicenduꝫ eſt Oportet autem pri-
mum quidem inter-
rogare eum qui dici
tur locum inuenire
vnde argumentādū
Secundo autem in-
terrogatiões formare ⁊ ordinare ſingula ad
ſe. Reliquum uero ⁊ tertium dicere iam ea
ad alterum: ergo donec inueniat locum: ſimi
liter philoſophi ⁊ dialectici cõſideratio. Iaꝫ
vero hoc ordinare ⁊ interrogare proprium
dialectici: ad alterum enim qđ huiuſmodi ē:
philoſopho autem ⁊ querenti nihil pertinet
Si uera quidem ſint ⁊ nota per que ſyllogi-
ꝫat. non auteꝫ ponat ea qui reſpondet: eo ꝙ
propinqua ſint eorum que ex principio ⁊ p̄-
uideat qđ accidere eſt: ſed forte ⁊ feſtinabit
quoniaꝫ maxime note ⁊ propinque ſunt ma
xime ꝓpoſitiones. ex his enim diſciplinales
ſyllogiſmi. Ergo loci quidem vnde oportet
ſumere dicti ſunt prius.

Capitulum. ii.

E ordine autem ⁊ interrogatione
dicendum. diuidenti ꝓpoſitiones
quecunqꝫ ſumende ſunt preter ne
ceſſarias. Neceſſarie auteꝫ dicuntur ꝑ quas
ſyllogiſmus fit. Que auteꝫ preter has ſumū
tur quatuor ſunt: aut enim inductionis gra-
tia ut detur vniuerſale: aut in magnitudineꝫ
orationis: aut ad celatiõem cõcluſionis: aut
ut manifeſtior ſit oratio: preter has nulla ſu-
menda eſt ꝓpoſitio. Sed per has augere ⁊ i
terrogare tentandum eſt.

Capitulum. iii.

Vnt autem que ad celatiõem cer-
taminis gratia: ſed omne huiuſ-
modi negocium ad alteruꝫ eſt: ne
ceſſe eſt ⁊ in his vti: ergo neceſſarias quideꝫ
per quas fit ſyllogiſmus non ſtatim preordi
nandum: ſed diſcedenduꝫ in ſuprema: ut nõ
contrariorum ponere eandem diſciplinam:
ſi hoc uoluerit ſumere: ſed oppoſitorum: po-
ſito enim hoc: ⁊ quoniā eadē cõtrarioꝝ ſyllo
giꝫabitur eo ꝙ oppoſitorum ſunt contraria
Si non uero ponat per inductionem ſumen
dum intendenti in particularibus cõtrariis:
nam aut per ſyllogiſmū aut per inductioneꝫ
neceſſarias ſumendum: aut has quidē indu
ctione: illas autem ſyllogiſmo. Quecunqꝫ au
tem valde manifeſte ſunt ⁊ eas protendere.
Nam ⁊ obſcurius eſt in diſceſſione ſemper
⁊ inductione qđ accidere eſt. Et ſimul ipſas
vtiles ꝓtendere ⁊ ei qui non poteſt vllo mo-
do ſumere parate: que uero preter has ſum-
pte ſunt accipiendum quidem propter has.
Vnaquaqꝫ autem taliter vtendum eſt: nota
autem magis que ſm̄ ſenſum: uel ſimpliciter
uel pluribus inducenti quidem a ſingularibꝰ
in vniuerſale ⁊ a notis in ignota. Celanti ve
ro p̄ſyllogiꝫare ea per que ſyllogiſmus eiꝰ qđ
ex principio eſt fieri debeat ⁊ hoc ut plurima
Erit autem hoc ſiquis non ſolum neceſſari-
as: ſed ſi earuꝫ que ad has ſunt vtiles aliquā
ſyllogiꝫauerit. Amplius concluſiones nõ di
cere ſed poſtea ſyllogiꝫare ſubitas. ſic enī lon
giſſime diſcedet que eſt ex principali poſitio
ne. Vniuerſaliter autem dicendū ſic oportet
interrogare eum qui celanter inquirit: ut in-
rogata omni rõne ⁊ dicta cõcluſione: queraᵗ
ꝓpter quid. hoc aūt erit maxime per ante di-
ctum modum: nam ſola vltima concluſione
dicta. dubium eſt quomodo accidit. eo ꝙ nõ
preuiderit reſpondens ex quibus accidit nõ
enodatis prioribꝰ ſyllogiſmis. Minime aūt
enodatur ſyllogiſmus cõcluſione non ipſas
ꝓpoſitiones nobis ponentibus ſed illas a q
bus ſyllogiſmus fit. Utile autem ⁊ non cõti-
nuas ꝓpoſitiões ſumere ex quibus ſyllogiſ-
mi. ſed ꝑmutatim ad aliam ⁊ aliam cõcluſio-
nē. Poſitis enī cõuenietibus iuxta ſe. magis
qđ accidit ex ipſis manifeſtum. Oportet aūt
⁊ diffinit iõem ſumere in qbus contingit vni
uerſalem ꝓpoſitiõem nõ in ipſis ſed in cõiu-
gatis. ꝑalogiꝫant enī ſeipſos. quādo in coniu
gato ſumitᵗ diffinitio velut non vniuerſaliter
concedentes. ut ſi oporteat ſumere quoniaꝫ
qui iraſcitur appetit penam ꝓpter apparen-
tem examinatiõem. Sumatᵗ aūt. Ira eſt ap-
petitus pene ꝓpter apparentē examinatiõeꝫ
manifeſtum autem eſt quoniaꝫ hoc ſumpto
habebimus vniuerſaliter qđ p̄elegimus. Eiſ
autem que in ipſis pretendunt ſepe ex ipſis
obſiſtere: accidit reſpondentem. eo ꝙ magis
ſe habeat in ipſo inſtantia. ut quoniā non om
nis qui iraſcitur appetit penam. Nam parē-
tibus iraſcimur quidem. non autem penam
appetimus. Fortaſſis autem non vera inſtā
tia eſt a quibuſdam enim ſufficiens pena eſt
tantum ⁊ triſtari ⁊ facere penitere verumta-
men habet aliquid veriſimile: ut non videatᵗ
irrationabiliter negare ꝓpoſitum. In ire au
tem diffinitione non ſimiliter facile inſtanti-
am inuenire. Amplius ꝓponere oportet nõ
ut propter ipſum: ſed alterius gratia preten-
dentem. verentur autem que ad poſitionem
ſunt vtilia. Simpliciter autem dicendum ꝙ̄
maxime facere dubium vtrum quod propo
nitur aut oppoſitum ſumere velit. dubio enī
exiſtente quod ad poſitioneꝫ eſt vtile magis

UVA. BHSC. IyR_048_1

quod videtur eis ponunt. Amplius per ſi-
militudinez inquirere. nam ⁊ veriſimile etiã
latet magis vniuerſale: ut quoniam quemad
modum diſciplina ⁊ ignorantia contrariorũ
eadem ſic ⁊ ſenſus contrariorum idem: aut
eo econuerſo eo ꝙ ſenſus idem contrariorũ
⁊ diſciplina. Hoc autem eſt ſimile inductioni
non tamen idem. Nam illic quidem a ſingu-
laribus vniuerſale ſumitur. in ſimilibus autẽ
nõ eſt quod ſumitur vniuerſale: ſub quo om
nia ſimilia ſunt. Oportet autem ⁊ ſibi meipꝫ
quandoqꝫ inſtantiam ferre. Inſuſpecte eniꝫ
ſe habent reſpondentes ad eos qui videntur
iuſte argumentari. Utile etiam dicere quoni
am conſuetum eſt ⁊ dicitur huiuſmodi pigre
ſcunt enim quod ſolitum eſt mouere inſtanti
am non habentes ſimul etiam quia vtuntur
ipſi talibus cauent mouere ea alius. Ampli-
us non properare ⁊ ſi omnino vtile ſit: nam
contra properantes magis obſtant. Et ut in
parabola proponere. Nam quod propter a-
liquid aliud proponitur non propter ipſum
vtile proponent magis alius. Amplius non
ipſum proponere quod oportet ſumere ſed
cui hoc conſequens eſt ex neceſſitate. Nam
⁊ magis conceditur: eo ꝙ non ſimul manife
ſtum ſit: quod accidere eſt ⁊ ſumpto hoc ſum
ptum eſt ⁊ illud. Et in vltro iterrogare quod
maxie vult ſumere maxie eni pria rẽnuũt: eo
ꝙ pluresꝫ iterrogãtiũ pria iterrogant: circa q̃
maxime properant. Ad quoſdam autem pri
ma que talia ſunt pretendere. Nam graues
⁊ primam maxime admittunt: niſi omnino
manifeſtum ſit quod accidere eſt: in fine au-
tem aduerſantur. Similiter autem ⁊ quecun
qꝫ arbitrantur acres eſſe in reſpondendo po
nentes enim prima in fine franguntur: velut
non accidat ex his que poſita ſunt. ponũt eni
credentes habitui ⁊ ſuſpicãtes nihil eſſe paſ
ſuros. Amplius prolongare ⁊ iterimere que
nihil ſunt vtilia ad orationem. quemadmo-
dum falſo deſcribentes. nam cum ſint plura
dubium in quo falſum ſit: quare ⁊ latent quã
doqꝫ interrogantes in abſconſo ponentes q̃
per ſe poſita non ponerentur: ergo ad celan-
dum quemadmodum dictum eſt vtendum.

## Capitulum. iiii.

D ornatum vero inductione ⁊ di-
uiſione eorum que cognata ſunt:
ergo inductio quidem quale quid
eſt manifeſtum. Diuidere autem huiuſmodi
eſt ut quoniam diſciplina a diſciplina melior
aut in eo ꝙ certior eſt aut ꝙ melior: ⁊ quoniã
diſciplinarum alie quidem ſunt ſpeculatiue
alie actiue. alie autem poetice. nam vnumqđ
qꝫ talium coornat quidem orationez non ne
ceſſaria autem ad concluſionem.

## Capitulum. v.

D explanationem autez exempla
⁊ parabolas ferendum. extra autẽ
conuenientia ⁊ ex quibus ſcimus
qualia habens homer⁹ nõ qualia habẽs che
rulus. Sic eniꝫ planius erit qđ proponitur.

## Capitulum. vi.

Tendum autez in diſputando ſyl-
logiſmo quidẽ ad dialecticos ma-
gis ꝙ̃ ad plures. Inductione vͦ
econtrario ad plures magis dictum eſt autẽ
de his ⁊ prius. Eſt autem in aliquibus indu
cẽti poſſibile interrogare vniuerſale. In ali-
quibus vero non facile eſt eo ꝙ non poſitum
eſt in ſimilitudinibus nomen omnibus com-
mune: ſed quoniam oportet vniuerſale ſume
re ſic in omnibus talibus dicunt. Hoc autez
diuidere difficillimorum eſt: quale ſunt eo
rum que proferũtur huiuſmodi ⁊ qualia nõ
⁊ propter hoc plerunqꝫ ſe ad inuicem retun-
dunt in diſputationibus: alii quidem dicẽtes
ſimilia eſſe que non ſunt ſimilia. alii uero du-
bitãtes que ſũt ſimilia non eſſe ſimilia. Qua
re tentandum eſt in omnibus talibus nomẽ
facere. ut neqꝫ reſpõdẽti liceat dubitare: quo
niam non ſimiliter quod infertur dicit̃. Ne
qꝫ interroganti calumniari velut non ſimili-
ter dicto. eo ꝙ plura eorum que ſimiliter nõ
videntur. ſimiliter videãtur dici. Quando au
tem inducenti in omnibus non dedit vniuer
ſale tunc iuſtum eſt inſtantiam exigere. non
docente autem eo in aliquibus ſic non iuſtuꝫ
eſt exigere in aliquibus non ſic. Oportet enĩ
inducentem prius ſic inſtantiam exigere. Et
probare inſtantias non in eo quod proponit̃
proferri niſi vnum tantum huiuſmodi ſit ve
lut dualitas pariuꝫ numerus ſolus primus.
Oportet enim enim qui inſtat in altero inſtã
tiam inferre aut dicere quoniam hoc ſolum
eſt tale. Amplius ad hos qui inſtant vniuer
ſaliter non in eo autem inſtantiam ferunt ſꝫ
in equiuoco. ut quoniam habebit aliquis nõ
ſui colorem uel pedem uel manum. Habebit
enim pictor colorez. ⁊ cocus pedem non ſuũ
diuidentem ergo in talibus interrogare. nã
latente equiuocatione bene videbitur inſta-
re propoſitioni. Si autem nõ ĩ equiuoco ſed
in eodem inſtans prohibet interrogationeꝫ
afferentem. oportet in quo inſtantiam ꝓpo-
nere. reliquum vniuerſaliter faciente donec
ſumat quod utile eſt. ut in obliuione ⁊ in obli
tum eſſe. non enim concedetur eum qui ami
ſit diſciplinam oblitum eſſe: eo ꝙ trãſcendẽ-
te: amiſit qdẽ diſciplinã oblit⁹ aũt nõ ẽ. dicen
dum ergo auferenti in quo inſtantia eſt. reli



UVA. BHSC. IyR_048_1

quum ut ſi permanente re amiſit diſciplinā quoniam oblitus eſt. Similiter autem ꝛ circa inſtantes: quoniā maiori bono magis opponitur malum. proferunt enim quoniam ſanitati cum ſit minus bonum ꝙ euechia maius malū opponitur. Nam egritudines maius eſſe malum cbacbecbia. auferendū ergo ꝛ in hoc in quo inſtantia eſt. nam ablato magis ponunt: ut quoniam maiori bono maius malum opponitur: niſi conferat alterū alteri uelut euecbia ſanitati. Non ſolum autem inſtare hoc faciendum eſt: ſed ꝛ ſine inſtātia ſi negat eo ꝙ preuideat aliquid talium. ablato enim aliquo talium in quo inſtātia eſt cogetur ponere in reliquo: in aliquo nō ſic. Si autem non ponat expetitus inſtantiam non habebit reddere. Sunt autem huiuſmodi ꝓpoſitiones que in alio quidē falſe in alio autem vere. in his enim eſt auferentem reliquū verum relinquere. Si autem in multis proponente non ferat inſtantia dignum eſt ponere. nam dialectica propoſitio eſt contra ꝙ ſic in pluribus ſe habentem non eſt dare inſtantiam.

## Capitulum. vii.

Quoniam autem contingit idem ꝛ ſine impoſſibili ꝛ per impoſſibile ſyllogizare. demonſtranti quidē ꝛ non diſputanti nihil differt vel ſic uel illo modo ſyllogizare. diſputanti autem non eſt vtendum ſyllogiſmo per impoſſibile. nam ſine impoſſibili quidem ſyllogizante non erit dubitare: quando vero impoſſible ſyllogizāt niſi ualde manifeſtum ſit falſum eſſe non impoſſibile dicunt eſſe. quare non ſit interrogātibus quod volunt. Oportet autem proponere quecunqꝫ in pluribus quidem ſic ſe habent. inſtantia autē aut omnino non eſt aut non in ſuperficie eſt conſpicere. nam qui nō poſſunt conſpicere ut uerū quidem illud ponunt. Non oportet quidem concluſionem interrogationem facere. Si autem non renuēte non videbitur fieri ſyllogiſmus. Sepe enī ꝛ non interrogante ſed ut accidentem inferēte negant: ꝛ hoc facienteſ non videntur arguere his qui non conſpiciunt quoniā accidit ex his que poſita ſunt: quando ergo non dicens accidere interrogabit illo negante omnino non videtur fieri ſyllogiſmus. Non videtur autem omne vniuerſale dialectica propoſitio eſſe: ut quid ē homo: aut quot modis dicitur bonū. Eſt autē dialectica propoſitio ad quam eſt reſpondere ſic uel non. ad dictaſ autem non eſt. quare non ſunt dialectice huiuſmodi interrogationes: niſi ipſe determinans uel diuidens dicat: ut putaſne bonum uel ſic uel ſic dicitur: nā ad talia facilis reſpōſio uel affirmāti uel negāti: quaꝓpter tentādū ſic ꝓponeꝛ huiuſmodi ꝓpoſitiōes. Similiter aūt ꝛ iuſtū fortaſſe inquirere quot mōiſ dicitur bonum uel qn̄ eo ꝓponēte uel diuidēte nullo modo conceſſerit. Quiſqꝫ aūt vnā orationē multo tpe iterroget male inquirit nā ſi reſpōdente qdē iterrogato qđ interrogaꝛ. palā quoniā multaſ iterrogat aut frequēter eaſdē: q̄re aut inueniaꝛ aut nō hꝫ ſyllogiſmū. nā ex paucis ois ſyllogiſmꝰ: ſi vo nō rn̄dēte quoniā nō increpat uel recedit. Eſt aūt ꝛ conari difficile ꝛ ſuſtinere facile eaſdē hypotheſeſ. ſūt āt talia ꝛ q̄ nā ſūt pͥma ꝛ poſtrema. Nā pͥma qdē diffinitiōe idigēt. poſtrema vo ꝑ multa terminātur volenti cōtinuū ſumere a pͥmis aut ſophyſmatice videꝛ argumētatiōes. ipoſſibile enī demōſtrare aliquid eum qui nō incipit a primis pͥncipiis ꝛ copulat vſqꝫ ad vltima: ergo diffinire quidē nō ꝓbāt reſpōdentes: neqꝫ ſi interrogās diffiniat attendūt nō facto aūt manifeſto quidē qđ poſitum eſt non facile argumētari. Maxime autē huiuſmodi circa principia accidit: nā alia qdē ꝑ hꝫ mōſtraꝛ ipſa vo nō cōtingūt per alia ſꝫ neceſſe eſt diffinitiōe vnūqđqꝫ taliū cognoſcere. Sūt aūt vix ꝓbanda ꝛ q̄ valde ꝓxima ſint principio. non enim contingit plures ad hec rōnes inuenire cū ſint pauca media ꝛ eiꝰ ꝛ principii ex quibus neceſſe eſt monſtrare ea q̄ poſt ipſa ſūt. Diffinitionū aūt difficillime oium argumētabiles ſūt quecūqꝫ vtūꝛ talibꝰ noibꝰ que pͥmū obſcura ſūt ſiue ſimpliciter ſiue multipliciter dicūtur. Adhuc aūt neqꝫ nota vtꝝ pͥncipaliter uel ſm trāſlatiōē ꝺ diffinito dicātur. nā q̄ incerta ſunt nō habēt argumēta. quia vero ignoratur ſi propter hꝫ ꝙ ſm trāſlationem dicunꝛ talia ſūt nō habēt increpatiōem. Omnino aūt omnis ꝓpoſitio ſi eſt difficile ꝓbabilis uel diffinitiōe indigeꝛ eſt arbitrāda vel eoꝝ q̄ multipliciter uel eorū que ſm tranſlatiōem eſſe dicūtur uel nō lōge a pͥncipiiſ aut q̄ nō manifeſtū eſt primū nobis hꝫ idē ſm quē dictoꝝ modoꝝ eſt ꝙ dubitatiōem preſtat. Nā qum eſt manifeſtꝰ modus palā quoniā aut diffinire oportebit aut diuidere aut medias ꝓpoſitōes inuenire: nā ꝑ hoc mōſtraꝛ vltima. Sed in pluribꝰ ꝓpoſitiōibus non bene aſſignata diffinitiōe nō facile diſputare ꝛ conari ut vtꝝ vnum vni contrariū vel plura. diffinitis aūt contrariis ſm modū facile eſt oſtendere vtꝝ ꝯtingit plura eidē eē ꝯ̄ria uel nō. eodē aūt modo ꝛ in aliis diffinitiōe indigētibus. Videꝛ autem ꝛ in diſciplinis quedam ob diffinitiōis defectiōem oino nō facile mōſtrari. ut que iuxta latus ſecat planū linea ſimiliꝛ diuidit ꝛ lineā ꝛ locū Diffinitione autem dicta ſtatim manifeſtū

UVA. BHSC. IyR_048_1

eſt qȯ ꝺr̄:nam eandem ablationē habēt loca
⁊ linee:eſt autem ꝺiffinitio eiꝰ rationis hec.
Simpliciter aūt pᷓma elementoꝝ poſitis qui
dem ꝺiffinitionibꝰ: ut quid linea ⁊ quid locꝰ
facillime oſtendere:verū nō multa ad vnum
quodqꝫ eoꝝ eſt argumētari eo ꝙ nō ſint mul
ta media. Si aūt nō ponātur principioꝝ ꝺif-
finitiones ꝺifficile foꝛtaſſe autē impoſſibile
omnino:ſimiliter aūt his ⁊ in his que ſunt
circa oꝛationes ſe habꝫ. Non ergo opoꝛtet la
tere quoniā ꝺifficile argumentabilis eſt poſi
tio quoniā paſſa eſt aliquid eorum que ꝺicta
ſunt. Quādo aūt erit ad anxioma ⁊ pꝛopoſi-
tionē maioꝛ laboꝛ ꝺiſputare ꝙ̄ ad poſitioneꝫ
Dubitabit āt aliqͥs vtrū ponēda ſint talia uel
nō. Nam ſi nō ponat ſed pꝛobet ⁊ ad hoc ꝺi-
ſputare maiꝰ percipiet ꝙ̄ quod in pꝛincipio
poſitum eſt:ſi vᵒ ponat credet ex minus cre-
dibilibus:ꝗ ſi opoꝛtet nō ꝺifficiliꝰ pꝛoblema
facere ponēdum. Si autem per notioꝛa ſyllo
gizare nō ponēdum:aut ꝺiſcenti quidem nō
ponēdum niſi notius ſit:exercenti vᵒ ponen
duꝫ ſi veꝝ ſolū videat̄:quare manifeſtū quo
niam nō ſimiliter interroganti ⁊ ꝺicēti eſt ꝺi-
gnum ponere. Quomodo interrogare ⁊ oꝛ-
dinare opoꝛtet pene ſufficiūt que ꝺicta ſunt.

## Pars ſecunda de opere reſpōdentis.

### Capitulū.i.

E reſpōſione aūt pꝛimū ꝺeter-
minandū quod eſt opus bene
reſpondentis ſicut bn̄ interro
gantis. Eſt aūt interrogantis
quidem ſic inducere oꝛationē ut faciat reſpō
dentē impꝛobabiliſſima ꝺicere ꝙ̄ q̄ pꝛopter
poſitionem ſunt neceſſaria. Reſpōdentis aūt
non ꝓpter eum videri accidere impoſſibile:
aut quod preter opinionē ſed ꝓpter poſitio-
nem. Diuerſum enim foꝛtaſſe peccatū pone
re pᷓmum qȯ nō opoꝛtet ⁊ poſitum nō ſerua-
re ſm̄ modum. Quoniā aūt ſunt infinita his
qui ꝓpter gymnaſiū uel experimentū ratio-
cinationes faciūt: nō enim conſiderationes
eedem ⁊ ꝺocentibus ⁊ ꝺiſcentibus ⁊ colluctā
tibus:neqꝫ his ⁊ his qui exercēt ſe inuicem
perſpectionis cauſa. Nam ꝺiſcēti quideꝫ po-
nenda ſunt ſemꝑ ea que videntur:neqꝫ enim
conat̄ vllus falſum ꝺicere. Colluctantiū aūt
interrogantē quidē videri aliquid facer̄ opoꝛ
tet omnino: reſpondentē aūt nihil videri pa
ti. In ꝺialecticis autem conuentionibus his
qui nō colluctationis cauſa ſed experimenti
⁊ perſpectionis ꝺubitationes faciunt nōduꝫ
enodatum eſt quid opoꝛteat cōiecturare re-
ſpondentē ⁊ qualia nō ad bene ſeruandū po
ſitionem. Quoniam ergo nihil habemus tra
ditum ab alijs ipſi aliquid tentemus ꝺicere.

### Capitulum.ij.

Eceſſe autem ſuſtinere oꝛationeꝫ
ponētem aut ꝓbabilē aut impꝛoba
bilē poſitiōꝫ aut neutrā. Eſt āt ſim
plicit̄ pꝛobabilem uel impꝛobabilē aut indiffi
nite:ut huic alicui uel eidem. Nihil autē ꝺif-
fert quolibet mō pꝛobabilis aut impꝛobabi-
lis ſit:nam idem modus erit bene reſpondē-
diꝰ ⁊ ꝺandi uel nō ꝺandi qȯ interrogatuꝫ eſt.
Nam cū impꝛobabilis eſt poſitio neceſſe eſt
concluſionē fieri ꝓbabilem:cū vᵒ pꝛobabilis
impꝛobabilē:nā oppoſitū ſemꝑ poſitioni in-
terrogans concludet. Si autē neqꝫ ꝓbabile
neqꝫ impꝛobabile quod poſitū eſt ⁊ cōcluſio
erit talis. Quoniam aūt qui bn̄ ſyllogizat ex
pꝛobabilioꝛibus ⁊ notioꝛibus pꝛopoſitū ꝺe-
monſtrat. Manifeſtum quando ſimpliciter
eſt impꝛobabile quod ponitur nō ꝺanduꝫ eſt
reſpōdenti:neqꝫ que nō vident̄ ſimpliciter:
neqꝫ que videntur quidem minus aūt cōclu-
ſione:nā cū impꝛobabilis eſt poſitio pꝛoba-
bilis concluſio:quare oīa que ſumunt̄ pꝛoba
bilia eſſe ⁊ magis pꝛobabilia quam quod po
nitur ſi ꝺebet per notioꝛa quod minus notū
eſt concludi:quare ſiquid eoꝝ que interrogā
tur non tale eſt nō ponendum eſt reſponden
ti. Si aūt ſimpliciter pꝛobabilis eſt poſitio:
palam quoniam concluſio impꝛobabilis. po-
nendum ergo et que videntur omnia ⁊ eoꝝ
que nō videntur quecūqꝫ minus ſunt impꝛo
babilia concluſione: nam ſufficienter videbi
tur tractuꝫ eſſe. Similiter etiā ſi neqꝫ pꝛoba
bilis neqꝫ impꝛobabilis eſt poſitio:nam ⁊ ſic
⁊ que vidētur omnia ꝺandum ⁊ eoꝝ que nō
videntur quecūqꝫ magis ſunt pꝛobabilia cō
cluſione. Sic enim pꝛobabiliores accidet ꝺi-
ſputationes fieri:ergo ſi ſimpliciter quidem
pꝛobabile uel impꝛobabile qȯ ponitur ad ea
que videntur ſimpliciter ſm̄ reſponſionē fa-
cienduꝫ. Si aūt nō ſimpliciter pꝛobabile uel
impꝛobabile ſit quod ponitur. ſed reſpondē
ti ad ipſum qȯ videtur ⁊ quod nō videtur iu
dicantem ponendum uel nō ponendum. Si
vᵒ alterius opinionem obſeruare reſpondēs
palam quoniam ad illius intellectum aſpiciē
ti ponendum ſingula uel negandum. Quare
⁊ qui ferunt extraneas opiniones : ut bonuꝫ
⁊ malum eſſe idem ſicut heraclitus ꝺicit non
concedunt non adeſſe ſimul eidem contra-
ria non quia videatur eis hoc ſed quoniam
ſm̄ heraclitum ſic ꝺicendum. Faciunt auteꝫ
hoc ⁊ qui ab alijs a ſe ſuſcipiunt poſitiones:
coniectant enim ut ꝺicit qui ponit. Manife
ſtum ergo que coniectanda reſpondenti ſiue
ſimpliciter pꝛobabile ſiue alicui pꝛopoſituꝫ.

UVA. BHSC. IyR_048_1

## Capitulū.iij.

Uoniam aūt neceſſe eſt omne qđ
interrogatur aut pꝛobabile aut im
pꝛobabile aut neutrū eſſe ⁊ ad oꝛa
tionem uel non ad orationem eſſe:ſi ſit qdeꝫ
apparens ⁊ nō ad orationē dandū eſt dicēti
videri. Si vͦo nō apparens ⁊ nō ad oꝛationē
dandum quidē ꝯſignificanduꝫ aūt quod nō
videt̃ ad cautelā fatuitatis. Si vͦo ſit ad oꝛa-
tionem ⁊ videatur dicendū quoniā videtur
quidem:ſed valde pꝛopinquū ei quod in pͥn-
cipio eſt: ⁊ interimitur hoc pꝛopoſito qđ po-
ſitum eſt. Si aūt ad oꝛationē quidē valde au
tem impꝛobabile anxioma accidere quidē fa
tendum hoc poſitū ſed valde fatuū eſſe ꝓpo
ſitum. Si vͦo neqꝫ pꝛobabile neqꝫ impꝛobabi
le ſi nihil quidē ad oꝛationē dandum nihil de
terminanti. Si aūt ad oꝛationē aſſignandū
quoniā interimitur poſito qđ in pꝛincipio ē.
Nam ſic ⁊ qui reſpondet nihil videbit̃ ꝓpt̃
hoc pati ſi pꝛeuidens ſingula poſuerit: ⁊ qui
interrogat aſſequetur ſyllogiſmū poſitis ab
eo pꝛobabilioꝛibus concluſione. Quicunqꝫ
vͦo ex impꝛobabilioꝛibus ꝯcluſione conantuꝛ
ſyllogizare.palaꝫ quoniā nō bene ſyllogizāt:
quare ſic interrogantibus non ponendum:

## Capitulū.iiij.

Jmiliter aūt ⁊ in his que obſcure
⁊ multipliciter dicunt̃ obuianduꝫ
eſt. Quoniam autē conceſſum eſt
reſpondenti non intelligenti dicere quoniaꝫ
nō intelligo ⁊ multipliciter dicto non ex ne-
ceſſitate ꝯfiteri uel negare: palam quoniam
pꝛimū quidem niſi planū ſit quod dicit̃ non
pigritandū dicere non intelligere.nā ſepe ex
eo ꝙ non plane interrogantibus dant obui-
at aliquid difficile. Si aūt notū quidē ſit mul
tipliciter aūt dictum ſi in omnibus quidē ve-
rum uel falſum ſit quod dicit̃ dandū ſimplici
ter vel negandū. Si vͦo in aliquo quidē ſit fal
ſum:in aliquo autē verū ſignificandum eſt:
quoniaꝫ multipliciter dicitur: ⁊ pꝛopter hoc
aliud quidem falſum aliud aūt verum: poſte
rius enim diuiſio incertū eſt ſi ⁊ in pꝛincipio
conſpexerit dubiū. Si autem non pꝛeuiderit
dubium ſed in alterū inſpiciens poſuerit di-
cendū ad eum qui alterū ducit: quoniā non
ad hoc inſpiciens dedi ſed ad alterū eoꝝ:nā
plibus exiſtentibus que ſub eodem nomine
uel ſub eadē orone ſūt facilis ē dubitatio. Si
vͦo ⁊ planuꝫ ſit ⁊ ſimplex qđ interrogat̃ aut
ſic aut non reſpondendum eſt.

## Capitulū.v.

Uoniam aūt omnis ꝓpoſitio ſyl-
logiſtica aut eaꝝ aliqua eſt ex qui-
bus ſyllogiſmus:aut pꝛopter aliꝗ̃
harum:palam aūt quoniam alterius gratia
ſumitur ex eo ꝙ plura ſimilia interrogāt: nā
aut per inductionem aut per ſimilitudinem
plerūqꝫ vniuerſale ſumunt: ergo ſingularia
quidem oīa ponendum ſi ſint vera ⁊ pꝛoba-
bilia. Ad vniuerſale aūt tentandū inſtantiā
ferre.nam ſine inſtantia uel que ſit uel que vi
deatur pꝛohibere oꝛationē pꝛoteruire eſt. Si
ergo in multis apparente nō dederit vniuer-
ſaliter qui non habet inſtantiā: manifeſtum
quoniā pꝛoteruit. Amplius autem ſi nō ꝯ ar
gumentari habeat quoniā non eſt verū mul-
to magis videbit̃ ꝓteruire ꝙ̃uis nec hic ſuf-
ficiat:nam plures habemus oꝛationes con-
trarias opinionibus quas difficile eſt ſolue-
re velut zenonis quoniā non contingit moue
ri:neqꝫ ſtadium pertranſire ſed non pꝛopter
hoc que ſunt oppoſita his nō ponendum eſt.
Si ergo qui neqꝫ cōtra argumentatur habet
nec inſtare non ponit palā quoniā pꝛoteruit.
Eſt enim diſputationibus pꝛoterua reſpon-
ſio pꝛeter pꝛedictos modos ſyllogiſmi coꝛru-
ptio. Inferre aūt poſitionem ⁊ diffinitioneꝫ
ipſum ſibi argumentantē opoꝛtet:naꝫ ex qui-
bus interimunt inquirentes pꝛopoſitū:palā
quoniam his aduerſandū. Impꝛobabile vͦo
poſitionē cauendum inferre. Erit aūt impꝛo
babilis multipliciter:nam ex qua inconueniē
tia contingit dicere:ut ſi oīa dicat aliquis mo
ueri aut nihil: ⁊ quecunqꝫ ſunt peioꝛis ꝯſue-
tudinis eligere ⁊ repugnantia ꝯſilijs:ut quo
niam voluptas bonū ⁊ iniuriam facere ꝙ̃ pa
ti melius. Non enim ſermocinationis cau-
ſa odiunt inferenteꝫ:ſed ut ea que ſibi videā
tur dicentem odiunt. Quecunqꝫ vͦo oꝛatiōes
falſam ſyllogizant ſoluendū interimenti pꝛo
pter quid ſit falſum:non enim qui quodlibet
interimit ſoluit:ſi hoc falſum eſt qđ interimi
tur:habebit enim plurmia falſa oꝛatio: ut ſi-
quis dicat eum qui ſedeat ſcribere:ſocratem
vͦo ſedere:accidet enim ex his ſocratem ſcri-
bere. Interēpto eniꝫ ſocratē ſedere nihil ma
gis ſoluta ē oꝛatio ꝙ̃uis falſū anxioma: ſꝫ nō
pꝛopter hoc oꝛatio falſa: nam ſi ſit quideꝫ ali
quis ſedens nō ſcribens autem nō iam con-
ueniet in hoc eadem ſolutio:quare non hoc
interimendum ſed ſedentem ſcribere:nō.n.
omnis qui ſedet ſcribit ſoluit ergo omnino
qui interimit pꝛopter quid ſit falſum. Nouit
autem ſolutionem qui ſciuit quoniam pꝛopt̃
hoc oꝛatio ſit falſa:velut in his que falſo ſcri
buntur:non enim ſufficit inſtare:ut ſi falſuꝫ
ſit quod interimitur ſed et pꝛopter quid fal-
ſum aſſignādum: ſic enim erit manifeſtum
vtrum pꝛeuidens quidem uel non faciat in-
ſtantiam.

## Capitulū.vi.

St aūt oronem ꝓhibere concludi
q̃druplicit̃.aut.n.interimere a qͦ
ſit falſū:aut ad iteꝛrogantē iſtantiā

UVA. BHSC. IyR_048_1

inferre. ſepe. n. non ſoluit quod interrogans
nō longius proferre poteſt. Tertium aūt ad
interrogata dicere inſtantiā: accidit enim ex
interrogatis quidē non fieri ꝙ volumus eo
ꝙ non bene interrogata ſunt: addito aūt ali-
quo fieri cōcluſionem contingit. Si ergo nō
amplius poteſt ꝓducere interrogans ad int̄
rogantē erit inſtantia. ſi autē poteſt ad inter-
rogata. Quarta autē ⁊ peſſima inſtātia ē ad
tempus qdem enim in talibus inſtāt ad que
diſputare pluris eſt temporis q̄ p̄ſentis ex
ercitationis. ergo inſtantie ut dictū eſt prius
quattuor modis fiunt. Solutio aūt eaꝝ que
dicte ſunt prima: relique autem prohibitiōes
quedā ſunt ⁊ impedimenta concluſionis.

### Capitulū. vij.

Increpatio vō oratiōis ⁊ ſm̄ ipſaꝫ
orationē: ⁊ quando eadē nō eſt in
terrogatur. Plerūqꝫ enim ꝙ non
bn̄ diſputat oratio qui interrogatur eſt cauſa
eo ꝙ non concedat ex quibus plane erat di-
ſputare ad poſitionē: nō enim eſt in altero tā
tum bene finire opus cōmune. Neceſſariuꝫ
ergo quandoqꝫ ad eū qui dicit ⁊ non ad poſi
tionem quandoqꝫ conari qn̄ is qui reſpōdet
cōtraria interroganti obſeruat ſuadens gra-
uantes ḡ ⁊ certatiuas ⁊ nō dialecticas faciūt
exercitationes. Quoniā aūt propter gymna
ſium ⁊ experimentū ſed non propter doctri-
nam huiuſmodi ſunt orationes: palā quoniā
non ſoluꝫ vera ſyllogizandū: verū etiā falſū:
neqꝫ per vera ſemper ſed quandoqꝫ et per
falſa. Sepe enim vō poſito interimere neceſ
ſe eſt diſputantē: quare pretermittēda falſa.
Quandoqꝫ autē ⁊ falſo poſito interimendū
eſt per falſa: nihil enim prohibet alicui vide
ri que nō ſunt magis q̄ vera: quare ex his q̄
illi videntur argumētatione facta magis erit
ſuaſus q̄ adiutus. Oportet aūt eum qui bn̄
transfert dialectice ⁊ nō litigatorie transfer-
re. ut geometrē geometrice ſiue falſum ſiue
veꝝ ſit quod concludendū eſt: quales autem
dialectici ſyllogiſmi dictū eſt prius. Quoniā
autem prauus ſocius eſt qui impedit cōmu-
ne opus: palā quoniam ⁊ in oratione: cōmu
ne enim ⁊ in his quidem qꝺ propoſitū eſt p̄
ter certantibus. His aūt nō eſt vtriſqꝫ idem
euenire: plures enim vno impoſſibile eſt vin
cere. Differt aūt nihil ſiue in reſpōdendo ſi-
ue interrogando fiat hoc: nam ⁊ qui litigato-
rie interrogat praue diſputat: ⁊ qui reſpon-
dendo non cōcedit qꝺ videt̄ neqꝫ ſuſcipit qc
q̄ qꝺ vult interrogans inquirere. Manife-
ſtum ḡ ex his q̄ dicta ſunt quoniā nō ſimilit̄
increpandum ⁊ per ſe orationeꝫ ⁊ interrogā
tem. nihil enim prohibet orationem quidem
prauam eſſe. interrogantē vō ut cōtingit op-
time contra reſpondentē diſputare. Nam cō
tra diſcolos non poſſibile fortaſſe ſtatim qua
les quis vult ſed quales cōtingit facere ſyllo
giſmos. Quoniam aūt eſt indefinitū quan-
do contraria ⁊ ea que ſunt in principio acci-
piunt homines: plerūqꝫ enim per ſe dicen-
tes contraria dicunt ⁊ renuentes prius dant
poſterius eo ꝙ interrogantes cōtraria in p̄n
cipio plerūqꝫ ſubaudiunt neceſſe eſt prauas
fieri diſputationes. Cauſa autem eſt ille qui
reſpondet hec quidem non cōcedens: illa au
tem talia concedens. Manifeſtum autē quo
niam non ſimiliter increpandū ⁊ interrogā-
tes ⁊ orationes.

### Capitulū. viij.

Er ſe autem orationes quinqꝫ ſūt
increpatiōes. Prima quidē qn̄ ex
interrogatis nō concluditur neqꝫ
quod propoſitum eſt neqꝫ omnino nihil cuꝫ
ſint vel falſa uel improbabilia aut omnia aut
plura in quibus eſt concluſio: ⁊ neqꝫ ablatis
quibuſdam neqꝫ additis: neqꝫ ablatis his q
dem: illis vō additis fit concluſio. Secunda
autem ſi non fiat ad poſitionem ſyllogiſmus
ideſt ex talibus ſicut dictum eſt prius. Ter-
tia vō ſi additis quibuſdam fit ſyllogiſmus.
hec autē ſunt peiora his que interrogantur ⁊
minus probabilia concluſione. Rurſuꝫ ſi ab
latis quibuſdam. nam quandoqꝫ ſumūt plu-
ra neceſſarijs: quare non in eo ꝙ hic ſunt fit
ſyllogiſmus. Amplꝰ ſi ex improbabilioribꝰ
⁊ minus credibilibus concluſione: aut ſi ex
veris ſed plene opera indigentibus demon-
ſtrari q̄ problema. Non oportet autem ex
omnibus propoſitionibus ſyllogiſmos dice-
re ſimiliter probabiles eſſe ⁊ veriſimiles: na-
turaliter autem ſunt ſtatim aliqua quidem fa
ciliora: alia vō difficiliora eorum que querū-
tur: quare ſi ex quibus contingit maxime ꝓ
babilibus connexerit diſputatum eſt bene.
Manifeſtum ergo quoniam nec orationis
eadem increpatio ⁊ ad propoſitum ⁊ per ſe:
nihil enim prohibet orationem per ſe quideꝫ
eſſe vituperabilem: ad problema autem lau-
dabilem: ⁊ rurſum econuerſo per ſe quidem
laudabilem. ad problema autem vituperabi-
lem quando ex pluribus eſt facile probabili-
bus ex vere concludere. Erit autem quan-
doqꝫ oratio concluſa nō cōcluſa peior quādo
hic quidem ex fatuis concluditur cum nō ſit
huiuſmodi propoſitio. illa autem indigeat
talibus que ſunt probabilia ⁊ vera ⁊ non in
aſſumptis fit oratio. Eos autem que per fal-
ſa verum concludunt nō iuſtum increpare:
nam falſum quidem ſemper neceſſe eſt per
falſum ſyllogizare. verum autem quandoqꝫ
eſt ⁊ per falſa ſyllogizare: manifeſtum autem
hoc ex analecticis.

UVA. BHSC. IyR_048_1

### Capitulū.ix.

Quoniam autem demonſtratio eſt alicuius dicta oratio ſi aliquid eſt aliud quod ad concluſionem nullo modo ſe habet non erit de illo ſyllogiſm⁹. Si autem videatur ſophiſma erit demōſtratio. Eſt autem philoſophiſma ſyllogiſmus q̄dem demonſtratiuus. Argumentū ſyllogiſmus dialecticus. Sophiſma vō ſyllogiſmus litigatorius. Aporiſma aūt ſyllogiſmus dialecticus contradictionis. Si vō ex vtriſq; q̄ videantur aliquid oſtendatur non autem videantur ſimiliter: nihil prohibet quod oſtenditur magis altero videri. Sed ſi hoc quidē videatur illud autē neutro modo: aut ſi hoc quidem videatur: illud autem non videatur ſed ſimiliter quidem ſimiliter erit ⁊ non: ſi autem magis alterū ſequitur quod magis. Eſt autem quoddam ⁊ idem circa orationes peccatū quando oſtenditur per longiora q̄ð ineſt p̄ minora: ⁊ que orationi inſunt: ut quoniam eſt opinio magis altera q̄ altera. Si quis petijt idem ſingulum magis eſſe. Eſt aūt opinabile idē vere: quare magiſ q̄ quidā eſſe ipſū adhuc aūt quod dicitur magis magis eſſe. eſſe autē ⁊ eandem opinionem que erit magis certa q̄ quedā. petitum eſt autē ⁊ eandem opinionem verā eſſe ⁊ idem ſingulum magis eſſe: quare eadē opinio vera certior eſt: q̄ autem nequitia maior q̄ que facit circa quam oratio eſt latere cauſam. Oratio autem palam eſt vno quidem modo ⁊ publiciſſimo ſi ſit concluſa ſic ut nihil oporteat interrogare vno autē ⁊ qui maxime dicitur q̄n quidem ſumpta ſunt ex quibus neceſſarium eſt eſſe. Eſt autem per concluſiones ꝯcluſū: amplius ſi deeſt quod valde probabile eſt.

### Capitulū.x.

Falſa aūt dicitur oratio quadrupliciter vno quidē modo quando videtur ꝯcludi q̄ð non concluditur: vocatur aūt apparens litigioſoꝝ ſyllogiſm⁹. Alio aūt quando cōcluditur quidē non autē ad propoſitum: q̄ð accidit maxime in his q̄ ad impoſſibile ducunt. Aut ad propoſitū q̄dem concludunt non tamen ſm̄ propriā diſciplinam: hoc autem eſt quando que nō eſt medicinalis videtur medicinalis eſſe: aut q̄ non eſt geometrica videtur geometrica: aut que non eſt dialectica videtur dialectica ſiue verum ſiue falſum ſit quod accidit. Alio aūt mō ſi per falſa concluditur: hec autē erit cōcluſio quandoq; quidem vera quandoq; autem falſa: nam falſum quidem ſemper p̄ falſa concluditur: verum aūt ꝯtingit ⁊ non p̄ vera ut dictū eſt prius: ergo falſam orationē eſſe dicentis peccatum magis eſt q̄ orationeis et neq; dicentis ſemper ſed quando latet eū eo q̄ per ſe pluribus veris recipim⁹ magis ſi ex his que maxime videntur interimit aliquod verū. nam cū talis eſt aliorum verorum demonſtratio erit oportet enim poſitorum aliquid nō eſſe omnino: quare erit huiuſmodi demonſtratio. Si autem verū concludatur per falſa ⁊ valde ſtulta plurib⁹ erit peius falſum ſyllogizantibus: erit autē huiuſmodi et que concludit falſum: quare palā quoniā prima quidem conſideratio orationis per ſe ſi concludit: ſecunda autem vtrum verū vel falſum: tertia vō ex qualibet quibuſdā: nā ſi ex falſis quidē: probabilibus aūt rationalis. Si aūt ex exiſtentibus quidē improbabilib⁹ aūt praua. Si aūt et falſa ⁊ valde improbabilia: palā quoniā praua aut ſimplicit̄ aut ad rem.

### Capitulum.xi.

In principio autem et contraria quomodo petit interrogās ſm̄ veritatem quidē in analecticis dictū eſt ſm̄ opinionē q̄dem nunc dicendū. Petere autem videntur hic quod eſt in principio quinq; modis manifeſtiſſime quidē ⁊ p̄mū ſiquis idē quod mōſtrari oportet petat. hoc autē in ipſo quidem nō facile eſt latere: i vniuocis aūt ⁊ in q̄bus nomen ⁊ ratio ſignificat magis. Secundo autē q̄n q̄ð particulariter oportet demonſtrare vniuerſaliter q̄s petat: ut q̄ conatur quoniā ꝯtriorum eadē diſciplina oīo oppoſitoꝝ probauit vnā eſſe: videtur enim q̄ð oportebat per ſe oſtendere cū alijs petere. Tertiū ſiq̄s q̄ð vniuerſaliter eſt oſtēdere ꝓpoſito particulariter petat ut ſi ō omnib⁹ ꝯrijs ꝓpoſito de aliquib⁹ probet. videt̄ enim hic q̄ð cū plibus oportebat oſtēdere p̄ ſe eꝝ petere. Rurſū ſiq̄s diuidēs petat q̄ð ꝓpoſitū eſt: ut ſi oporteat oſtendere medicinā ſanatiui ⁊ egrotatiui eꝝ vtrūq; probet. Aut ſiquis eoꝝ q̄ ſequunt̄ ſe inuicē ex neceſſitate alterum petat: ut latus incōmenſurabile eſſe diametro cum oporteat oſtendere quoniam diameter lateri. Equaliter aūt ⁊ ecōtrario petere ei q̄ð ex p̄ncipio. Nā p̄mum ſiq̄s oppoſita petit ſm̄ affirmationē ⁊ negationē. Secundo aūt ſi ꝯtraria ſm̄ poſitionē: ut bonū ⁊ malū idē. Tertio vō ſiq̄s vniuerſalit̄ ꝓbās particulariter petierit ꝯdictionē: ut ſiq̄s ſumpſit ꝯtrarioꝝ vnā diſciplinā: ſanatiui ⁊ egrotatiui alterā probauerit. Aut ſi hoc petens i vniuerſali vniuerſalit̄ ꝯdictionem tētauerit ſumere. Rurſum ſiquis petat ꝯrium ei quod ex neceſſitate accidit per ea q̄ poſita ſunt. et ſiq̄s ea quidem non ſumat que oppoſita. Talia autem petat duo ex quibus erit oppoſita contradictio. Differt aūt contraria accipere ab eo q̄ð eſt in principio tantū: quoniā huius quidē eſt peccatum ad concluſionē: nam ad illam aſpicientes q̄ð in principio eſt

UVA. BHSC. IyR_048_1

dicimus petere. Contraria aūt ſunt in ꝓpo
ſitionibus in eo ꝙ habent ſe aliquo modo ħ
adinuicē.

Capitulū.xii.

De exercitationē autē ⁊ meditatio-
nem taliū orationū. Primū quidē
ꝯuerti aſſueſcere oportet orones.
ſic enim ⁊ ad hoc qđ dicit̄ magis habebimꝰ
idonei ⁊ in paucis plures faciemꝰ oratiões.
Nā ꝯuerti eſt tranſſumētem ꝯcluſionē cum
reliquis interrogationibꝰ interimere vnum
eoꝝ q̄ data ſunt. Neceſſe eſt enim ſi ꝯcluſio
nō eſt vnā aliquā interimere ꝓpoſitionuꝫ ſi
omnibꝰ poſitis neceſſe erat ꝯcluſionē eſſe.
Ad oēm aūt poſitionē ⁊ quoniā ſic ⁊ quoniā
nō ſic argumentū conſiderandū ⁊ inueniēti
ſolutionē ſtatim querenduꝫ. ſic.n. ſimul acci
det ⁊ ad interrogandū ⁊ ad reſpōdendū ex-
exceri ⁊ ſi ad nullū aliū habemꝰ ad nos ipos
Et alternatim eligendū q̄ ſunt ad eandē po
ſitionem argumenta: hoc.n. ad cognoſcendū
multā idoneitatē facit: ⁊ ad arguēdū magnū
hꝫ adiutoriū qn̄ idoneꝰ eſt aliqs ⁊ quoniā ſic
⁊ quoniā nō ſic. nā ad ꝯ̄ria accidit fieri obſer
uantiā. Et ad cognitionē ⁊ ad ħꝫ philoſophi-
am prudentiā poſſe ꝯſpicere ⁊ ꝯſpexiſſe q̄
vtrinqꝫ accidit dicer̄ ex hypotheſi nō paruū
inſtrumentū. nā reliquū hoꝝ eſt iuſte eligere
alteꝝ. Oportet aūt ad huiuſmodi eſſe boni
ingenii. ⁊ ħ eſt ſm veritatē bonū ingeniū poſ
ſe bn̄ eligere veꝝ ⁊ fugere falſum q nati ſunt
bn̄ pn̄t facere bn̄: nā q amant ⁊ q odiunt hoc
qđ profert̄ facile diſcunt optimū. Et ad ea q̄
ſepe incidūt ꝓblemata ſcire oportet orones
⁊ maxime de p̄mis poſitionibꝰ in his.n. con
tendunt ſepe reſpondētes. Ampliꝰ termino
rū idoneū eſſe oportet ⁊ ꝓbabiliū ⁊ p̄moruꝫ
hr̄e ſe ꝓ̄ptos. nā ꝑ hos ſyllogiſmi fiunt. Tē
tandū aūt ⁊ q̄ ſepe incidunt ſermocinationeſ
tenere. nā quemadmodū in geometria ante
opꝰ ē circa elemēta exercitatū eſſe ⁊ in nume
ris circa capitales ꝓ̄pte ſe hr̄e multū ꝯfert
ad id qđ eſt aliū quoqꝫ numerū cognoſcere
multiplicatū. Similit̄ aūt ⁊ in oronibus pro
poſitiones ſcire memorit̄ oportet nā velut in
